RUBUM quem víde-rat Mó - yses incom-bústum, conservá-tam agnóvimus tu-am lau-dábi-lem virgini-tá-tem : De-i Géni-trix, intercéde pro nobis. E u o u a e.

4. Ant. v. T.
Psalm. 126.

ECCE Marí-a génu-it nobis Salva-tórem, quem Jo-ánnes videns exclamá-vit, dicens : Ecce Agnus De-i, ecce qui tollit peccá-ta mundi, alle-lú-ia. E u o u a e.

Appáruit grátia Dei S
diens nos, * ut abneg
sóbrie, et juste, et pie viv

j. T.

PROPTER ní-
su - am, qua di-
ter,
* In si-mi-li-túdi
ut om
jam venit pleni
De-us Fí-li-un
Vírgine, fa-
túdi-nem.

Hymnus. Christe Rec
℣. Puer natus est nob

Capitulum. Tit. 2.

Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, * ut abnegántes impietátem, et sæculária desidéria: sobrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo.

Responsorium.

j. T.

Hymnus. Christe Redémptor ómnium.

℣. Puer natus est nobis. ℟. Fílius datus est nobis.

Ad Magnificat.

Ant. iij. T.

Qui de terra est, de terra lóqui - tur; qui de cœlo ve - nit, super omnes est: et quod vi- dit, et audívit, hoc te-stá-tur, et testimóni - um e-jus nemo áccipit; qui autem accépe - rit e-jus testimóni - um, signávit qui - a De - us ve - rax est. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti, ☡ tríbue, quæsumus: * ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, ☡ per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Et fit tantum Commemoratio de S. Silvestro, Ant. Dum esset summus Pontifex. pag. 27* ℣. Justum dedúxit. Oratio. Da, quæsumus. pag. 68.

AD LAUDES

Ant. O admirábile commércium! pag. 73. Psalmi de Festis.
Capitulum. Appáruit grátia. pag. 75.
℟. breve. Benedíctus qui venit. pag. 47.
Hymnus. A solis ortus cárdine.
℣. Puer natus est nobis.
℟. Fílius datus est nobis.

Ant. viij. T.

Mirábile my

e: innovántur n

est: id quod fu - i

assúmpsit, non c

divisi - ónem. E u

Oratio. Deus, qui salúti
Et nulla fit Commemor

Ant. Quando natus es.

Ant. Rubum quem víd
Capitulum. Appáruit g
℣. Tamquam sponsus.

Ant. j. T.

Germinávit

la ex Jacob; Vir

laudá-mus, De - u

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.



IRÁBILE mysté-ri-um decla-rá-tur hó-di-e: innovántur na-tú-ræ, De-us homo factus est: id quod fu-it permánsit, et quod non e-rat assúmpsit, non commixti-ónem passus, neque divisi-ónem. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui salútis ætérnæ. pag. 76.

Et nulla fit Commemoratio.

AD PRIMAM

Ant. Quando natus es. pag. 73.

AD TERTIAM

Ant. Rubum quem víderat. pag. 74.

Capitulum. Appáruit grátia. pag. 75.

℣. Tamquam sponsus. ℟. Dóminus procédens de thálamo suo.

AD SEXTAM

Ant. j. T.



ERMINÁVIT radix Jesse, orta est stel-la ex Jacob; Virgo pépe-rit Salva-tó - rem; te laudá-mus, De - us noster. E u o u a e.

Capitulum. Hebr. 1.

Et: Tu in princípio Dómine terram fundásti: * et ópera mánuum tuárum sunt cœli.

℣. Verbum caro factum est.

℟. Et habitávit in nobis.

AD NONAM

Ant. Ecce María. pag. 74.

Capitulum. Hebr. 1.

Ipsi peribunt, tu autem permanébis, ⁊ et omnes sicut vestiméntum veteráscent: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

℣. Ipse invocábit me.

℟. Pater meus es tu.

IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. et Capitulum, ut supra in j. Vesperis, pag. 73.

℟. breve. Verbum caro factum est. pag. 51.

Hymnus. Christe Redémptor ómnium.

℣. Puer natus est nobis.

℟. Fílius datus est nobis.


Ad Magnificat.

Ant. ij. T.







A - GNUM hæredi-tá-tis mysté - ri-um:




templum De-i factus est ú-te-rus nésci-ens



vi-rum: non est pollú-tus ex e-a carnem as-



súmens: o - mnes Gentes véni - ent, dicén-tes:



Gló-ri - a tibi, Dó - mine. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui salútis. pag. 76.

Deinde de Octava S. Stephani, Ant. Stéphanus autem. pag. 52.

℣. Justus germinábit. Oratio. Omnípotens, ut infra.

De aliis Octavis in his Vesperis nihil fit.

¶ Si hodie, aut duobus
nihil fit de ea.

In Octava S.

et Horas, omnia ut in d

Omnípotens sempitérne
Levítæ Stéphani sán
pro nobis intercéssor ex
exorávit Dóminum nostr
tecum vivit et regnat.

Ad Laudes fit Comm.
pag. 71. ℣. et Oratio, ibid
Pro SS. Innocentibus,
ibidem.

IN

Psalmi et Ant., ut in
Octava S. Joannis. Capit
Hymnus et ℣. de Com
Ant. Iste est Joánnes. p
Et fit Commemoratio S
℣. Justus germinábit. O
Deinde pro SS. Innoc
Oratio, ibidem.

In O

Apo

et Horis, omnia ut in
Ad Laudes fit Comm.
pag. 72. ℣. et Oratio, ib

II

Omnia ut in die Fe
SS. Innocentium, Ant.
ibidem.

DIE II. JANUARII

¶ Si hodie, aut duobus sequentibus diebus Dominica occurrat, nihil fit de ea.

In Octava S. Stephani, Protomartyris

xij. Lect. et M.

AD LAUDES

et Horas, omnia ut in die Festi, pag. 53. præter Orationem.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti: ꝛ tríbue, quæsumus: * ut pro nobis intercéssor exístat, ꝛ qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Laudes fit Comm. Oct. S. Joannis, Ant. Hic est discípulus. pag. 71. ℣. et Oratio, ibidem.

Pro SS. Innocentibus, Ant. Heródes irátus. pag. 72. ℣. et Oratio, ibidem.

IN II. VESPERIS

Psalmi et Ant., ut in die Festi, pag. 54. A Capitulo fit de die Octava S. Joannis. Capitulum. Qui timet Deum. pag. 57. ℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi Apostolorum, pag. 2* Ad Magnificat, Ant. Iste est Joánnes. pag. 56. Oratio. Ecclésiam tuam.

Et fit Commemoratio S. Stephani, Ant. Intuens in cœlum. pag. 56. ℣. Justus germinábit. Oratio. Omnípotens. ut supra.

Deinde pro SS. Innocentibus, Ant. Sínite párvulos. pag. 72. ℣. et Oratio, ibidem.

DIE III. JANUARII

In Octava S. Joannis

Apostoli et Evangelistæ

xij. Lect. et M.

IN LAUDIBUS

et Horis, omnia ut in die Festi, pag. 57.

Ad Laudes fit Comm. Oct. SS. Innocentium, Ant. Heródes irátus. pag. 72. ℣. et Oratio, ibidem.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in die Festi, pag. 58. cum sola Comm. diei Octavæ SS. Innocentium, Ant. O quam gloriósum est. pag. 60. ℣. et Oratio, ibidem.

DIE IV. JANUARII

In Octava SS. Innocentium

xij. Lect. et M.

Omnia ut in die Festi, pag. 60. omissis Commemorationibus.

IN II. VESPERIS

Fit Comm. S. Telesphori, Papæ et Mart. Ant. Iste Sanctus pro lege. pag. 12* ℣. Justus germinábit.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Teléspori, Mártyris tui atque Pontíficis, ánnua solemnitáte lætíficas: ↋ concéde propítius; * ut, cujus natalítia cólimus, ↋ de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. * Per Dóminum.

¶ Si hodie fuerit Sabbatum, ante Comm. S. Telesphori, fit Comm. sequentis Dominicæ, Ant. Dum médium. pag. 65. ℣. et Oratio, ibidem.

DIE V. JANUARII

In Vigilia Epiphaniae

Si hæc Vigilia venerit in Dominica, fit de ea Officium usque ad Nonam ut sequitur.

IN II. VESPERIS diei Octavæ SS. Innocentium fit primum Comm. de hoc Officio, Ant. Dum médium. pag. 65. ℣. et Oratio, ibidem. Deinde de S. Telesphoro, ut supra.

AD LAUDES. Ant. 7. Allelúia. ut in Dominicis per Annum, in Psalterio. Psalmi de Dominica.

Capitulum, ℟. breve, Hymnus, ℣. Ant. ad Benedictus et Oratio, ut in Dominica infra Oct. Nativitatis, pag. 66. Et fit Commemoratio S. Telesphori, Ant. Qui odit. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

AD PRIMAM, et alias Horas, Ant. Allelúia. ut in Dominicis per Annum.

Non dicitur: Quicúmque.

Ad Horas, Capitula, ℣℣. et Oratio, ut in Dominica infra Oct. Nativitatis, pag. 66.

VESPERÆ de Epiphania sine Commemoratione.

¶ Si vero hæc Vigilia non venerit in Dominica, in ij. Vesperis diei Octavæ SS. Innocentium de Vigilia nihil fit, sed tantum Commem. de S. Telesphoro, ut supra. Officium autem fit, ut sequitur:

AD LAUDES. Ant. O admirábile commércium. pag. 73. Psalmi de Feria.

Capitulum, ℟. breve, Hymnus, ℣. Ant. ad Benedictus et Oratio, ut in Dominica infra Oct. Nativitatis, pag. 66. Et fit Commemoratio S. Telesphori, ut supra.

AD PRIMAM, et alias Horas, Ant. de Circumcisione, pag. 77. Capitula, ℣℣. et Or., ut in dicta Dominica infra Oct. Nativ. pag. 66.

In Epi


AI

1. Ant. ij.






NTE



sæcu-la, Dómi - n




mundo appá-ru - i


2. Ant. j. T.




ENIT lume



gló - ri - a Dó -



est, et ambu-lá



alle - lú-ia.

3. Ant. I. T.



-PÉRTIS thes


Ant. Cist.

In Epiphania Domini


AD VESPERAS




1. Ant. ij. T. Psalmi de Dominica.



NTE lucí - ferum géni-tus, et ante




sæcu-la, Dómi - nus Salvá-tor noster hó-di - e



mundo appá-ru - it. E u o u a e.

2. Ant. j. T.





ENIT lumen tu - um, Je - rúsa - lem, et



gló - ri - a Dó - mini super te or - ta



est, et ambu - lábunt Gentes in lúmi - ne tu - o,



alle - lú - ia. E u o u a e.

3. Ant. I. T.





- PÉRTIS thesáuris su - is, ob-tu-lé-runt Ma-

gi Dómi-no aurum, thus, et myrrham, alle-

lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. T.

STELLA ista sicut flamma co-rú-scat et

Regem re-gum De - um demónstrat ; Ma - gi

e-am vidé-runt, et Christo Regi múne-ra obtu-

lé-runt. E u o u a e.

Capitulum. Isaiæ 60.

Surge illumináre Jerúsalem: quia venit lumen tuum, ★ et glória Dómini super te orta est.

Responsorium.

v. T.

ILLUMINÁ - RE, illuminá - re Je-

rú - sa - lem, qui-a ve - nit lux

tu-a : ★ Et gló-ri - a Dó-mi - ni

super te orta

est. ℣. Et ambu-lábunt Gentes in lú-mi-

ne tu - o, et reges in splendó-re ortus

tu - i : * Et.

Hymnus. Hostis Heródes impie.
℣. Omnes de Saba vénient.
℟. Aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

Ad Magnificat.

Ant.
viij. T.



A-GI vidé - runt stellam, et dixé-runt ad

ínvicem : Hoc signum magni Re-gis est : e-á-

mus, et inqui - rámus e-um, et offe-rámus e - i

mú-ne - ra, aurum, thus, et myrrham, alle-

lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: ꝣ concéde propítius; * ut, qui jam te ex fide cognóvimus, ꝣ usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Quando Epiph. venerit in Dominica, nulla fit Commemoratio Dominicæ.

℣. Glória tibi, Dómine, Qui apparuísti hódie. dicitur ad Hymnos Completorii et Horarum per totam Octavam, etiam in Festis Sanctorum, si sint ejusdem metri.

AD LAUDES

Ant. Ante lucíferum. pag. 81.
Capitulum. Surge illumináre. pag. 82.


℟. br. REGES Tharsis et ínsu-læ * Múne-ra óffe-rent. Reges. ℣. Reges Arabum et Saba dona ad-dúcent. * Múne-ra.

Hymnus. O sola magnárum úrbium.
℣. Omnes de Saba vénient.
℟. Aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T. HÓDI-E cœlé-sti Sponso juncta est Ec-clé-si-a, quóni-am in Jordáne lavit Christus e-jus crími-na: currunt cum muné-ribus Ma-gi

ad regá-les
lætántur conv
Oratio. Deus, qui
Ant. Venit lumen
Ant. Apértis thes
Capitulum. Surg
℣. Omnis terra a
℟. Psalmum dica
Ant. iv. T. MÁRI-A
hymnum dí-c
E u o u a e
Leva in circúitu
sunt, venérunt
℣. Reges Tharsis
℟. Reges Arabun
Ant. Stella ista.
Omnes de Saba v
Dómino annun
℣. Adoráte Dómi
℟. In aula sancta



ad regá - les núpti - as ; et ex aqua facto vino



lætántur conví - væ, alle-lú - ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 84.

AD PRIMAM

Ant. Venit lumen tuum. pag. 81.


AD TERTIAM

Ant. Apértis thesáuris suis. pag. 81.
Capitulum. Surge illumináre. pag. 82.
℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.


AD SEXTAM

Ant. iv. T.





ÁRI - A et flúmina benedíci-te Dómino,



hymnum dí - ci - te, fontes, Dómino, alle-lú - ia.

E u o u a e.

Capitulum. Isaiæ 60.

Leva in circúitu óculos tuos, et vide : * omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi.
℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

AD NONAM

Ant. Stella ista. pag. 82.

Capitulum. Isaiæ 60.

Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes : * et laudem Dómino annuntiántes.
℣. Adoráte Dóminum.
℟. In aula sancta ejus.

IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. et Capitulum, ut in j. Vesperis, pag. 81.

℟. br.

D I-ES sancti-fi-cá-tus * Illú-xit nobis. Di-es. ℣. Vení-te, Gentes, et ado-rá-te Dóminum. * Illú-xit.

Hymnus. Hostis Heródes ímpie.

℣. Omnes de Saba vénient.

℟. Aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

A B Ori-énte vené-runt Ma-gi in Béth-lehem ado-rá-re Dóminum, et apértis thesáuris su-is pre-ti-ósa múne-ra obtu-lé-runt: aurum sicut Re-gi magno: thus sicut De-o ve-ro: myr-rham sepultú-ræ e-jus, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 84.

Si Epiphania venerit in Sabbato, in ij. Vesperis fit Commemoratio Domínicæ infra Octavam.

Ant. Remánsit. ℣. Adoráte. Oratio. Vota. pag. 87.

Privatis Diebus infra Octavam Epiphaniae

AD LAUDES. Psalmi de Feria, reliqua ut in die Festi præter ad Benedictus, Ant. Magi vidérunt. (sine Allelúia.) pag. 83.

AD HORAS, omnia fiunt sicut in die Festi.

AD VESPERAS. Psalmi de Feria, reliqua ut in ij. Vesperis Festi.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam Epiphaniae

AD VESPERAS

Psalmi de Sabbato. Antiphonæ ut in die Festi, pag. 81.

Capitulum. Rom. 12.

Fratres: ☧ Obsecro vos per misericórdiam Dei, * ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, ☧ rationábile obséquium vestrum.

℟. breve. Dies sanctificátus. pag. 86.

Hymnus. Hostis Heródes impie.

℣. Adoráte Deum.

℟. Omnes Angeli ejus.

Ad Magnificat.

Ant. ij. T.

REMÁNSIT pu-er Je-sus in Je-rúsa-lem, et non cognové-runt pa-réntes e-jus, existimántes il-lum esse in co-mi-tá-tu, et requi-rébant e-um inter cogná-tos et no-tos. E u o u a e.

Oratio.

Vota, quæsumus, Dómine, supplicántis pópuli cœlésti pietáte proséquere: * ut, et quæ agénda sunt, vídeant; ☧ et ad implénda quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

Deinde fit Comm. Epiphaniæ, Ant. Magi vidérunt. (cum Allelúia.) pag. 83.

℣. Omnes de Saba vénient. Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 84.

Dominica infra Octavam Epiphaniae

AD LAUDES

Ant. 7. Allelúia. ut in Dominicis per Annum. Psalmi de Dominica.
Capitulum. Fratres: † Obsecro vos. pag. 87.
℟. breve. Reges Tharsis. pag. 84.
Hymnus. O sola magnárum úrbium.
℣. Adoráte Deum.
℟. Omnes Angeli ejus.
Ad Benedictus, Ant. Remansit. pag. 87.
Oratio. Vota, quæsumus. pag. 87.
Deinde fit Comm. Epiphaniæ, Ant. Hódie cœlésti. pag. 84.
℣. Omnes de Saba vénient.
Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 84.

AD PRIMAM

et alias Horas, Ant. Allelúia. ut in Dominicis per Annum. Non dicitur: Quicúmque.

AD TERTIAM

Capitulum. Fratres: † Obsecro vos. pag. 87.
℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

AD SEXTAM

Capitulum. Rom. 12.

Dico enim per grátiam quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: * Non plus sápere quam opórtet sápere, † sed sápere ad sobrietátem.
℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

AD NONAM

Capitulum. Rom. 12.

Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, † ómnia autem membra non eúmdem actum habent: * ita multi unum corpus sumus in Christo, † sínguli autem alter altérius membra in Christo Jesu Dómino nostro.
℣. Adoráte Dóminum.
℟. In aula sancta ejus.

IN II. VESPERIS

Psalmi et Ant. ut in die Epiphaniæ, pag. 81.
Capitulum. Fratres: † Obsecro vos. pag. 87.
℟. breve. Dies sanctificátus. pag. 86.
Hymnus. Hostis Heródes ímpie.
℣. Adoráte Deum.
℟. Omnes Angeli ejus.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

FILI, quid fecísti nobis sic? Ego et Pa-ter tu-us do-lén-tes quærebámus te. Quid est quod me quære-bá-tis? nesci-ebá-tis qui-a in his, quæ Patris me-i sunt, opórtet me esse?

E u o u a e.

Oratio. Vota, quæsumus. pag. 87.

Et fit Commemoratio Epiphaniæ, Ant. Ab Oriénte. pag. 86.

℣. Omnes de Saba vénient.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 84.

¶ Si Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, Sabbato præcedenti fit Officium de Dominica, hoc modo: Feria vj. in Vesperis, Psalmi de Feria, Antiphonæ de die Festi, reliqua ut notatum est pro Sabbato, ut supra, pag. 87.

Sabbato

AD LAUDES

Ant. Ante lucíferum. pag. 81. Psalmi de Sabbato.

Capitulum, etc. ut in Dominica, pag. 88.

AD PRIMAM et alias **HORAS**, Ant., pag. 85. Capitula, Versus et Oratio, ut in Dominica infra Octavam, pag. 88.

VESPERÆ de Octava Epiphaniæ cum Comm. de hoc Officio, per Ant. Fili, quid fecísti. pag. 89. ℣. Adoráte Deum. et Oratio. Vota, quæsumus. pag. 87.

In die vero Octava nulla fit Commemoratio de Dominica.

In Octava Epiphaniae

IN I. VESPERIS

Psalmi, Ant., Capitulum, ℟. breve, Hymnus et ℣. ut in ij Vesperis diei, pag. 86.

Ad Magnificat, Ant. viij. T.

BAPTÍZAT mi-les Regem : servus Dómi-num su-um, Jo-ánnes Salva-tó - rem : aqua Jor-dánis stúpu - it, co-lúmba pro-testabá - tur : Pa-tér-na vox audí-ta est : Hic est Fí - li - us me-us.

E u o u a e.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit : ‡ præsta, quæsumus ; * ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, ‡ intus reformári mereámur. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Laudes, Horas et Vesperas, omnia ut in die Epiphaniæ, exceptis Ant. sequentibus et Oratione. Deus, cujus Unigénitus, ut supra.

AD LAUDES

Ant. 7. T. VÉTEREM hóminem rénovans Salvá - tor ve-

nit ad baptísm…

est, per a-qu…

veste circum…

Ant. 7. T. PRÆCÚRSO…

baptizá-to Dó…

exultá-ti - o :

remíssi - o sa…

clamémus : M…

Oratio. Deus, cuju…

Ant. 7. T. TE, qui

nit ad baptísmum, ut na-tú-ram quæ corrúpta est, per a-quam recupe-rá-ret: incorruptí-bi-li veste circumamíctans nos. E u o u a e.

Ad Benedictus.

Ant. 7. T.


PRÆCÚRSOR Jo-ánnes exúltat in Jordáne baptizá-to Dómino: facta est orbis terrá-rum exultá-ti-o: facta est pecca-tó-rum nostró-rum remíssi-o sancti-fi-cá-tis aquis: ipsi omnes clamémus: Mise-ré-re nobis. E u o u a e.

Oratio. Deus, cujus Unigénitus. pag. 90.


AD PRIMAM

Ant. 7. T.


TE, qui in spí-ri-tu et igne pu-rí-fi-cas





AD TERTIAM



AD SEXTAM









AD NONAM

Ant. 7. T.






AGNUM mysté-ri-um decla-rá-tur hódi-e,



qui-a Cre-á-tor ómni-um in Jordáne expúrgat




nostra fa-cíno-ra. E u o u a e.

IN II. VESPERIS


Ad Magnificat.

Ant. viij. T.







ONTES aquá-rum sancti-fi-cá-ti sunt,




Christo appa-rénte in gló-ri-a. Orbis ter-



rá-rum, haurí-te a-quas de fonte Salva-tó-



ris: sancti-ficá-vit e-nim tunc omnem cre-a-



tú-ram Christus De-us noster. E u o u a e.

Oratio. Deus, cujus Unigénitus. pag. 90.

Et fit Commemoratio S. Hilarii, Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris: deinde S. Felicis presbyteri et Martyris; tandem S. Guarini, Episcopi et Confessoris, ut notatur in Proprio Sanctorum infra.

Sabbato Primo post Octavam Epiphaniae

AD VESPERAS

Omnia ut in Psalterio, quod servatur etiam in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

FRATRES, confortámini in grá-ti-a De-i, quæ est in Christo Je-su Dómino nostro, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui cœléstia simul et terréna moderáris: * supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, ⁊ et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Dominica ij. post Epiphaniam

Omnia ut in Psalterio, præter ea quæ hic sunt propria; quod servatur in aliis Dominicis usque ad Septuagesimam.

Ad Benedictus, Ant. viij. T.

NÚPTI-Æ factæ sunt in Cana Ga-li-læ-æ: et e-rat ibi Jesus, et Ma-rí-a ma-ter e-jus. E u o u a e.

Oratio. **Omnipotens**, ut supra. Deinde fiunt Commemorationes.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

DEFICI - ÉNTE vi-no, jussit Jesus implé-ri hydri - as aqua, quæ in vi-num convérsa est, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Omnipotens. pag. 94. Deinde fiunt Commemorationes.

Sabbato ante Dominicam iij. post Epiphaniam

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

FRATRES, glo-ri-fi-cá-te, et portá-te Dóminum in córpo-re vestro, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice: ⁊ atque ad protegéndum nos, déxteram tuæ Majestátis exténde. Per Dóminum.

¶ Si contingat impediri a Septuagesima Officium unius ex sequentibus Dominicis, nec etiam possit locum habere post xxiij. a Pentecoste, tunc de ea fit in Feria v. aut alia minus impedita ante Dominicam Septuagesimæ, vel saltem Commemoratio in Laudibus Sabbati, cum ejus Antiphona ad Benedictus, et Oratione; Versus autem de Feria.

Dominica iij. post Epiphaniam

Ad Benedictus, Ant. viij. T.

CUM autem descendís-set Je-sus de mon-te, ecce lepró-sus véni-ens ado-rá-bat e-um, dicens: Dómi-ne, si vis, po-tes me mundá-re: et exténdens ma-num, té-ti-git e-um, di-cens: Vo-lo. Mundá-re. E u o u a e.

Oratio. Omnípotens. pag. 95.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

DÓMINE, pu-er me-us jacet pa-ra-ly-ti-cus in domo, et ma-le torqué-tur. Amen dico tibi, ego véni-am, et cu-rábo e-um. E u o u a e.

Oratio. Omnípotens. pag. 95.

Sabbato ante Dominicam iv. post Epiphaniam

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Scitis, fratres, qui-a templum De-i estis, et Spí-ri-tus De-i hábi-tat in vobis: si quis au-tem vi-o-lá-ve-rit templum hoc, dis-pérdet illum Dóminus: templum enim De-i sanctum est, quod estis vos, alle-lú-ia. E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere: ꝭ da nobis salútem mentis et córporis: * ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, ꝭ te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.


Dominica iv. post Epiphaniam

Ad Benedictus, Ant. vj. T.

Ascendénte Je-su in na-vícu-lam, ecce mo-tus ma-gnus factus est in ma-ri, et



su-sci-tavé-runt e-um discí-pu-li e-jus, di - cén-




tes: Dómi-ne, salva nos, per - ímus. Eu o u a e.


Oratio. Deus, qui nos. pag. 97.

Ad Magnificat.


Ant. viij. T.



SURGENS Jesus impe-rávit ventis et ma-ri,



et facta est tranquílli-tas magna, et mi - rá-ti



sunt uni - vérsi. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui nos. pag. 97.

Sabbato ante Dominicam v. post Epiphaniam

Ad Magnificat, Ant. Scitis, fratres, pag. 97.


Oratio.

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, contínua pietáte custódi: * ut, quæ in sola spe grátiæ cœléstis innítitur, ℥ tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.


Dominica v. post Epiphaniam

Ad Benedictus, Ant. 3. T.







Ó - MINE, nonne bonum semen se-mi-ná-



sti in agro




ni - a? Et




homo. E u

Oratio. Famíliam


Ant. j. T.




C OL-LÍ-GI



ligá-te e - a



trí-ti-cum au




me-um, dicit

Oratio. Famíliam

Sabbato an

Ad Magnificat, A

Præsta, quæsum
meditántes, ℥
factis. Per Dóminu



Oratio. Famíliam tuam. pag. 98.

Ad Magnificat.



Oratio. Famíliam tuam. pag. 98.

Sabbato ante Dominicam vj. post Epiphaniam


Ad Magnificat, Ant. Scitis, fratres. pag. 97.

Oratio.


Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: * ut semper rationabília meditántes, † quæ tibi sunt plácita et dictis exequámur et factis. Per Dóminum.

Dominica vj. post Epiphaniam


Ad Benedictus, Ant. 7. T.




SÍMILE est re-gnum cœló-rum gra-no siná-



pis, quod mínimum est ómnibus semíni-bus: cum



autem cré-ve-rit, ma-jus est ómnibus o-lé-ri-bus.




E u o u a e.


Oratio. Præsta, quæsumus. pag. 99.

Ad Magnificat.


Ant. j. T.




SÍ-MILE est re-gnum cœló-rum ferménto,



quod accéptum mú-li-er abscóndit in fa-rínæ



sa-tis tri-bus, donec fermentá-tum est to-tum.



E u o u a e.

Oratio. Præsta, quæsumus. pag. 99.


Sa

Psalmi et Ant.
concurrens.


Fratres: ☧ Nesci
dem currunt, s
prehendátis.

℟. breve, Hymnu


Ant. viij. T.




RATRES,



dígnæ passi-



ram gló-ri-an



lú-ia. E u

Preces populi tu
qui juste pro
glória misericórdit



℣. Benedicámu

℟. De-o

Et deinceps non

Sabbato ante Septuagesimam

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Sabbato, nisi aliter agendum sit ob Festum concurrens.

Capitulum. 1. Cor. 9.

Fratres: ☧ Nescítis quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? * Sic cúrrite ut comprehendátis.

℟. breve, Hymnus et ℣. de Sabbato.

Ad Magnificat.

Ant. viii T.

FRATRES, exísti-mo enim quod non sunt con-dígnæ passi - ó-nes hu-jus témpo - ris ad fu-tú-ram gló-ri - am, quæ reve-lábi-tur in no-bis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: * ut, qui juste pro peccátis nostris affligimur, ☧ pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

℣. Benedicámus Dómino, alle-lú-ia, alle - lú-ia.
℟. De-o grá-ti-as, alle-lú-ia, alle - lú-ia.

Et deinceps non dicitur: **Allelúia**, usque ad Sabbatum Sanctum.

Dominica in Septuagesima

AD LAUDES

Antiphona. j. T.

Cor contrí - tum et humi - li - á-tum, De-us, non despí-ci - es. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ꝛ Nescítis. pag. 101.

℟. br. Adjútor me-us esto, De-us, * Ne de-re-lín-quas me. Adjú-tor. ℣. Neque despíci - as me, De-us sa-lu-tá-ris me-us. * Ne.

Hymnus et ℣. de Psalterio.

Ad Benedictus

Ant. j. T. Símile est regnum cœló - rum hómi-ni patri-fa-mí-li - as, qui éx-i - it primo ma-ne con-dúce-re ope-rá-ri - os in ví - ne-am su-am, dicit Dóminus. E u o u a e.

Oratio. Preces pópuli. pag. 101.

AD PRIMAM

Ant. j. T.

CONVENTI - ÓNE autem fa - cta cum ope-rá-ri - is ex dená-ri - o di - úr - no, mi-sit e - os in víne-am su-am. E u o u a e.

AD TERTIAM

Ant. iv. T.

QUID hic sta - tis to-ta di - e o-ti - ó-si? Re-spondé-runt et di - xé - runt: Nemo nos condú-xit. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: Nescítis. pag. 101.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM

Ant. 8. T.

I-TE et vos in víne-am me - am, et quod ju-stum fú - e-rit, dabo vobis. E u o u a e.

Capitulum. 1. Cor. 9.

Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet, ꝟ et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant: * nos autem incorrúptam.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM

Ant. v. T.

V o - ca ope-rá-ri-os, et redde illis mercédem su-am, di-cit Dóminus. E u o u a e.

Capitulum. 1. Cor. 10.

Bibébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra: ꝟ petra autem erat Christus: * sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.


AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Dominica.
Capitulum. Fratres: ꝟ Nescítis. pag. 101.
℟. breve, Hymnus et ℣. de Dominica.

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.

D ixit pa-terfamí-li-as ope-rá-ri-is su-is: Quid hic sta-tis to-ta di-e o-ti-ósi? At illi respondéntes, dixé-runt: Qui-a nemo nos condúxit. I-te et vos in víne-am me-am: et quod



justum fú-e-rit, da-bo vobis. E u o u a e.

Oratio. Preces pópuli. pag. 101.

Notandum quod in Feriis usque ad Dominicam j. Quadragesimæ ℞℞. brevia ad Laudes et Vesperas sumuntur de Psalterio.

Sabbato ante Sexagesimam

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Sabbato.

Capitulum. 2. Cor. 11.

Fratres: ☩ Libénter suffértis insipiéntes: cum sitis ipsi sapiéntes. * Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, ☩ si quis in fáciem vos cædit.

℟. breve, Hymnus et ℣. de Sabbato.

Ad Magnificat, Ant. Dixit paterfamílias. pag. 104.


Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: * concéde propítius; ☩ ut contra advérsa ómnia Doctóris Géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.


Dominica in Sexagesima

AD LAUDES


Antiphona. 7. T.



FORTITÚDO me-a, et laus me-a Dóminus,



exaudívit vocem me-am, et factus est mihi in



sa-lú-tem. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ☩ Libénter. ut supra.

℟. breve. Adjútor meus. pag. 102.

Hymnus et ℣. de Psalterio.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

CUM turba plú-ri-ma conve-ní-rent ad Je-sum, et de ci-vi-tá-ti-bus prope-rá-rent ad e-um, dixit per simi-li-túdi-nem: Exi - it qui sémi-nat, semi-ná-re semen su-um. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui cónspicis. pag. 105.

AD PRIMAM

Ant. 7. T.

SI culmen ve-ri honó-ris quæri-tis, ad cœ-léstem pátri-am quantó-ci-us prope-rá-te. E u o u a e.

AD TERTIAM

Ant. 3. T.

SEMEN est Verbum De - i, sa-tor autem Chri-stus: omnis qui audit e - um, manébit in

æ-térnum. E u

Capitulum. Fratres:
℣. Ego dixi: Domin
℟. Sana ánimam me

Ant. j. T.


QUI verbum ópti-mo, fruct E u o u a e.

Ter virgis cæsus s feci, ⁊ nocte et di
℣. Dóminus regit m
℟. In loco páscuæ i

Ant. 7. T.

SI ve-re, ve-ras diví-ti-as

Libénter ígitur glori me virtus Christi.
℣. Ab occúltis meis
℟. Et ab aliénis par



æ-térnum. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ⁊ Libénter. pag. 105.
℣. Ego dixi: Dómine, miserére mei.
℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM

Ant. j. T.

Qui verbum De-i ré-tinent corde perfécto et ópti-mo, fructum áffe-runt in pa-ti-énti-a. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 11.

Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, * ter naufrágium feci, ⁊ nocte et die in profúndo maris fui.
℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM

Ant. 7. T.

Si ve-re, fratres, dívi-tes esse cúpi-tis, ve-ras diví-ti-as amá-te. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 12.

Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, * ut inhábitet in me virtus Christi.
℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Dominica.
Capitulum. Fratres : ☧ Libénter. pag. 105.
℟. breve, Hymnus et ℣. de Dominica.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Jesus hæc dicens, clamá-bat : Qui habet au-res audi-éndi, áudi-at. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui cónspicis. pag. 105.

Sabbato ante Quinquagesimam

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Sabbato.

Capitulum. 1. Cor. 13.

Fratres : ☧ Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, charitátem autem non hábeam, * factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tínniens.

℟. breve, Hymnus et ℣. de Sabbato.

Ad Magnificat.

Ant. vj. T.

Vobis da-tum est nosse mysté-ri-um regni De-i : cé-te-ris autem in pa-rábo-lis, dixit Jesus discí-pu-lis su-is. E u o u a e.

Oratio.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, * atque a peccatórum vínculis absolútos, ☧ ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

Dominica in Quinquagesima

AD LAUDES

Antiphona. j. T.

DÉXTERA Dó-mini virtú-tem fá-ci-at, ut cum impúlsus fú-e-ro, cadéntem me su-scí-pi-at. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ℟ Si linguis. pag. 108.
℟. breve. Adjútor meus. pag. 102. Hymnus et ℣. de Psalterio.

Ad Benedictus.

Ant. vij. T.

CÆCUS sedé-bat secus vi-am, et clamá-bat: mise-ré-re me-i, fi-li Da-vid. Eu o u a e.

Oratio. Preces nostras. pag. 108.

AD PRIMAM

Ant. v. T.

TRA-DÉTUR Géntibus ad illu-déndum, et fla-gellándum, et cru-ci-figéndum. Eu o u a e.

AD TERTIAM

Ant. iv. T.

Ecce as-céndimus Je-rosó-lymam, et con-summabúntur ómni-a, quæ scripta sunt per Pro-phé-tas de Fí-li-o hóminis. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ☧ Si linguis. pag. 108.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM

Ant. j. T.

Iter faci-énte Je-su, dum appropinquá-ret Jé-ri-cho, cæcus clamábat ad e-um, ut lu-men recípe-re me-re-ré-tur. E u o u a e.

Capitulum. 1. Cor. 13.

Cháritas numquam éxcidit: ☧ sive prophetíæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. * Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.


℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM

Ant. j. T.

Cæcus magis ac magis clamá-bat, ut e-um



Capitulum. 1. Cor. 13.


Nunc autem manent fides, spes, cháritas: tria hæc: * major autem horum est cháritas.
℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℟. Et ab aliénis parce servo tuo.


AD VESPERAS


Psalmi et Ant. de Dominica.
Capitulum. Fratres: ℭ Si linguis. pag. 108.
℟. breve, Hymnus et ℣. de Dominica.


Ad Magnificat.


Ant. j. T.














Oratio. Preces nostras. pag. 108.

Feria Quarta Cinerum

In hac et sequentibus Feriis usque ad Vesperas Sabbati, omnia dicuntur ut in Psalterio per Annum, exceptis quæ habentur propria.

Ad Benedictus, Ant. vij. T.

Cum je-juná-tis, no-lí-te fí - e-ri sicut hypó-cri-tæ tristes. E u o u a e.

Oratio.

Præsta, Dómine, fidélibus tuis: * ut jejuniórum veneránda solémnia et cóngrua pietáte suscípiant, ☩ et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Oratio posita ad Laudes dicitur etiam ad Tertiam, Sextam et Nonam, quod etiam servatur in aliis Feriis Quadragesimæ.

Hodie et duobus sequentibus diebus dicuntur Vesperæ hora consueta. Sabbato vero et deinceps usque ad Pascha, dicuntur ante Comestionem, tam in Festis quam in Feriis, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora solita.

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.

Thesaurizáte vobis thesáuros in cœlo, ubi nec ærú-go, nec tíne-a de-mo-lí-tur. Eu o u a e.

Oratio.

Inclinántes se, Dómine, Majestáti tuæ, propitiátus inténde: * ut, qui divíno múnere sunt refécti, ☩ cœléstibus semper nutriántur auxíliis. * Per Dóminum.

Feria Quinta

Ad Benedictus, Ant. Dómine, puer meus. pag. 96.

Oratio.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: * preces pópuli tui supplicántis propítius réspice: ☩ et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum me-um: sed tan-tum dic verbo, et sanábi-tur pu-er me-us. E u o u a e.

Oratio.

Parce, Dómine, parce pópulo tuo, * ut dignis flagellatiónibus castigátus, ꝿ in tua miseratióne respíret. * Per Dóminum.

Feria Sexta

Ad Benedictus.

Ant. j. T.

Cum facis e-le-emósynam, nésci-at sinístra tu-a, quid fáci-at déxte-ra tu-a. E u o u a e.

Oratio.

Inchoáta jejúnia, quæsumus, Dómine, benígno favóre prosequere: * ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, ꝿ méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. 8. T.

Quare jejunávimus, et non aspe-xísti? humi-li-ávimus ánimas no-stras, et nescísti? E u o u a e.

Oratio.

Tuére, Dómine, pópulum tuum, ꝿ et ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: * quia nulla ei nocébit advérsitas, ꝿ si nulla ei dominétur iníquitas. * Per Dóminum.

Sabbato j.
in Quadragesima

Ad Benedictus.

Ant. ij. T.

Me ét-enim de di-e in di-em quærunt, et sci-re vi-as me-as vo-lunt. E u o u a e.

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et concéde: * ut hoc solémne jejúnium, quod animábus corporibúsque curándis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Psalterio, nisi occurrat Festum in Sabbato.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Fratres: ꝣ Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. * Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te.

Responsorium.

viij. T.

Paradísi por-tas apé-ri-et nobis je-jú-ni-i tem-pus: suscipi-á-mus il-lud o-rántes, et de-precán-tes: * Ut in di-e resurre-cti-ó-nis cum Dó-mino

---

Sa

glo-ri-

ti-æ virtú-tis

ípsos in mu

Hymnus. Audi,

℣. Angelis suis

℟. Ut custódiant

Ant. viij. T.

Ecce nu

di-es sa-lú-ti

mus nos sicu

énti-a, in

ri-tá-te non


Deus, qui Eccles
purificas: ꝣ pr
stinéndo nítitur, ꝣ h



Hymnus. Audi, benígne Cónditor.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.



Oratio.


Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas: ☧ præsta famíliæ tuæ; * ut, quod a te obtinére abstinéndo nititur, ☧ hoc bonis opéribus exequátur. Per Dóminum.

Dominica j. in Quadragesima

AD LAUDES

Psalmus. 50. Miserére. cum reliquis de Dominica.


Antiphona. j. T.



E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ℥ Hortámur vos. pag. 114.

℟. br.



Ipse. ℣. Et a verbo áspe-ro. * De.


Hymnus. Jam, Christe Sol justítiæ.


℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis a timóre noctúrno.


Ad Benedictus.


Ant. j. T.





Oratio. Deus, qu






Capitulum. Fratr

℣. Dicet Dómino


℟. Deus meus, sp





Oratio. Deus, qui Ecclésiam tuam. pag. 115.

AD PRIMAM

Ant. j. T.










AD TERTIAM


Ant. ij. T.












Capitulum. Fratres: ☩ Hortámur vos. pag. 114.

℣. Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum.


℟. Deus meus, sperábo in eum.

AD SEXTAM

Ant. viij. T.



Dóminum De-um tu-um ado-rá-bis, et



illi so-li sérvi-es. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 6.


Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. Ꝣ Némini dantes ullam offensiónem, * ut non vituperétur ministérium nostrum.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.


℟. Et a verbo áspero.

AD NONAM

Ant. vj. T.



Vade Sá-tana, non tentá-bis Dóminum



De-um tu-um. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Ut castigáti, et non mortificáti: Ꝣ quasi tristes, semper autem gaudéntes: sicut egéntes, multos autem locupletántes: * tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.


℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD VESPERAS


Psalmi et Ant. de Dominica.

Capitulum. Fratres: Ꝣ Hortámur vos. pag. 114.

℟. br.



Scápulis su-is * Obumbrá-bit tibi. Scápu-lis.




℣. Et sub pennis e-jus spe-rábis. * Obumbrá-bit.

Hymnus. Audi, benigne Cónditor.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ant. 3. T.



Relíquit



ge-li, et mini

Oratio. Deus, qui

Psalmi et Ant. de

Ecce nunc tempu
dantes ullam c
nostrum.


℟. breve. Ipse lib

Hymnus. Jam, Cl


℣. Scuto circúmd

℟. Non timébis a


Ant. viij. T.



Veníte



regnum, quod



mundi. E u o

Convérte nos, Deus
dragesimále prof
plínis. Per Dóminum

Ant. Thesaurizáte.

Ad Magnificat.

Ant. 3. T.

Relíquit e-um tentá-tor, et accessérunt Ange-li, et mini-strábant e-i. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui Ecclésiam tuam. pag. 115.

Feria Secunda

AD LAUDES

Psalmi et Ant. de Feria, ut in Psalterio.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. † Némini dantes ullam offensiónem, * ut non vituperétur ministérium nostrum.

℟. breve. Ipse liberávit me. pag. 116.

Hymnus. Jam, Christe Sol justítiæ.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

Veníte benedícti Patris me-i, percípi-te regnum, quod vobis pa-rá-tum est ab o-rí - gine mundi. E u o u a e.

Oratio.

Convérte nos, Deus salutáris noster: * et ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, † mentes nostras cœléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum.

AD PRIMAM

Ant. Thesaurizáte. pag. 112.

AD TERTIAM

Ant. v. T.

Non in so - lo pane vi-vit homo, sed in omni verbo, quod procédit de o-re De - i. E u o u a e.

Capitulum. Joël. 2.

Convertímini ad me in toto corde vestro in jejúnio, et fletu, et planctu. ℣ Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, * ait Dóminus omnípotens.

℣. Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum.

℟. Deus meus, sperábo in eum.

Oratio de Laudibus.

AD SEXTAM

Ant. j. T.

Commendémus nosmet-í - psos in multa pa-ti-énti-a, in je-júni - is multis, per arma ju-stí-ti-æ. E u o u a e.

Capitulum. Isaiæ 55.

Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, ℣ et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, * et ad Deum nostrum: quóniam multus est ad ignoscéndum.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

Oratio de Laudibus.

Ant. j. T.

Per arma

commendémus

ti - a. E u o

Frange esuriénti
domum tuam:
tuam ne despéxeris.
℣. Scápulis suis o
℟. Et sub pennis
Oratio de Laudibu

Psalmi et Ant. de

Inter vestíbulum e
et dicent: * Parc
reditátem tuam in op
℟. breve. Scápulis
Hymnus. Audi, be
℣. Angelis suis De
℟. Ut custódiant t

Ant. j. T.

Quod u-n

mihi fecístis, di

Absolve, quæsumu
quidquid pro eis
In Feriali Officio u
ut in hac Feria ij. præ

AD NONAM

Ant. j. T.

Per arma justí-ti-æ virtú-tis De - i commendémus nosmet-ípsos in multa pa-ti - én-ti-a. E u o u a e.

Capitulum. Isaiæ 58.

Frange esuriénti panem tuum, ꝝ et egénos, vagósque induc in domum tuam: * cum víderis nudum, óperi eum, ꝝ et carnem tuam ne despéxeris.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Oratio de Laudibus.

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Feria, ut in Psalterio.

Capitulum. Joël. 2.

Inter vestíbulum et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent: * Parce, Dómine, parce pópulo tuo: ꝝ et ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, * ut dominéntur eis natiónes.

℟. breve. Scápulis suis. pag. 118.

Hymnus. Audi, benígne Cónditor.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Quod u-ni ex mínimis me - is fe-cístis, mihi fecístis, dicit Dóminus. E u o u a e.

Oratio.

Absólve, quæsumus, Dómine, nostrórum víncula peccatórum: ꝝ et quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte * Per Dóminum.

In Feriali Officio usque ad Dominicam Passionis, omnia dicuntur ut in hac Feria ij. præter ea quæ singulis Feriis propria assignantur.

Feria Tertia

Ad Benedictus.

Ant. j. T.

INTRÁ-VIT Jesus in templum De - i, et e-jici-ébat omnes vendéntes et e-méntes : et men-sas nummu-la-ri-ó-rum, et cáthe-dras vendénti - um co-lúmbas e-vértit. E u o u a e.

Oratio.

Réspice, Dómine, famíliam tuam, et præsta : * ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, ☩ quæ se carnis maceratióne castigat. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

ABI - IT Je-sus fo - ras extra civi - tá-tem in Betháni - am : i - bíque docébat e - os de regno De - i. E u o u a e.

Oratio.

Ascéndant ad te, Dómine, preces nostræ : ☩ et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. * Per Dóminum.

Ant. viij. T.

GENERÁ-TI- ... quæ - rit : et s... si - gnum Jonæ ...

Preces nostras, qu... tra cuncta nobis ... Per Dóminum.

Ant. vij. T.

SICUT fu- ... bus di-ébus, ... e-rit Fí-li - us ... E u o u a e.


Mentes nostras, qu... stra : ☩ ut vidére ... ágere valeámus. * Per ...

Feria Quarta


QUATUOR TEMPORUM

Ad Benedictus.

Ant. vij. T.



GENERÁ-TI-O hæc prava et pervérsa signum



quæ-rit: et si-gnum non dábi-tur e-i, ni-si


si-gnum Jonæ Prophé-tæ. E u o u a e.

Oratio.


Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ☩ et contra cuncta nobis adversántia déxteram tuæ Majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnificat.


Ant. vij. T.



SICUT fu-it Jonas in ventre ce-ti tri-



bus di-ébus, et tri-bus nóctibus, i-ta



e-rit Fí-li-us hó-minis in corde terræ.

E u o u a e.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra: ☩ ut vidére possímus quæ agénda sunt, et quæ recta sunt, ágere valeámus. * Per Dóminum.

Feria Quinta

Ad Benedictus.

Ant. j. T.

E-GRÉSSUS Jesus se-céssit in par-tes Tyri et Sidónis: et ecce mú-li-er Chana-næ-a a fíni-bus illis egréssa, clamá-bat dicens: Mi-se-rére me-i, fi-li David. E u o u a e.

Oratio.

Devotiónem pópuli tui, quæsumus, Dómine, benígnus inténde: * ut, qui per abstinéntiam macerántur in córpore, ꝛ per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.

O mú-li-er, magna est fides tu-a: fi-at ti-bi sic-ut pe-tísti. E u o u a e.

Oratio.

Da, quæsumus, Dómine, pópulis Christiánis, et quæ profiténtur agnóscere: ꝛ et cœléste munus dilígere, quod frequéntant. * Per Dóminum.

Feria Sexta

QUATUOR TEMPORUM

Ad Benedictus.

Ant. vij. T.

A-NGELUS Dómini descendébat de cœlo, et

Infra

movebátur a-qua

Esto, Dómine, prop tam, ꝛ benígno ré

Ant. 7. T.

D-Ó-MINE,

mo-ta fú-e-rit

E u o u a e.

Exáudi nos, miséri lumen osténde. *


Ant. ij. T.

A-SSÚMPSIT

dit in montem,

E u o u a e.

Pópulum tuum, qu ab eo flagélla tuæ



movebátur a-qua, et sana-bátur unus. E u o u a e.


Oratio.

Esto, Dómine, propítius plebi tuæ : * et quam tibi facis esse devotam, ☩ benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. 7. T.

Dó-MINE, non hábe-o hóminem, ut, cum mo-ta fú-e-rit aqua, mittat me in piscínam.



E u o u a e.

Oratio.

Exáudi nos, miséricors Deus, ☩ et méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. * Per Dóminum.


Sabbato

QUATUOR TEMPORUM

Ad Benedíctus.

Ant. ij. T.

ASSÚMPSIT Jesus discípu-los su-os, et ascéndit in montem, et transfigurá-tus est ante e-os.



E u o u a e.

Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus, Dómine, propítius réspice : ☩ atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.

AD VESPERAS

Capitulum. 1. Thess. 4.

Fratres: ☧ Rogámus vos et obsecrámus in Dómino Jesu, * ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo, ☧ sic et ambulétis ut abundétis magis.

℟. breve, Hymnus et ℣. pag. 118.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

VISI - ÓNEM quam vi - dístis, né - mini di - xé - ri - tis, donec a mórtu - is re - súrgat Fí - li - us hómi - nis. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: ☧ intérius exteriúsque custódi; * ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, ☧ et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Dominica ij. in Quadragesima

AD LAUDES

Psalmus 50. Miserére. cum reliquis de Dominica.

Antiphona. 7. T.

DÓMINE, lábi - a me - a apé - ri - es, et os me - um annunti - ábit laudem tu - am. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ☧ Rogámus vos. ut supra.

℟. breve, Hymnus et ℣. ut in j. Dominica Quadragesimæ, pag. 116.

Ad Benedictus, Ant. Assúmpsit Jesus. pag. 125.

Oratio. Deus, qui cónspicis. ut supra.

AD PRIMAM

Ant. j. T.

Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faci-ámus hic tri-a tabernácu-la, tibi unum, Mó-ysi unum, et E-lí-æ unum. E u o u a e.

AD TERTIAM

Ant. Dómine. ut ad Primam.

Capitulum. Fratres: ℨ Rogámus vos. pag. 126.

℣. Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum.

℟. Deus meus, sperábo in eum.

AD SEXTAM

Ant. vij. T.

Faci-ámus hic tri-a tabernácu-la, tibi unum, Mó-ysi unum, et E-lí-æ unum. E u o u a e.

Capitulum. 1. Thess. 4.

Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ℨ ut abstineátis vos a fornicatióne, * ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne, et honóre.

℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

AD NONAM

Ant. Visiónem. pag. 126.

Capitulum. 1. Thess. 4.

Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, * sed in sanctificatiónem, in Christo Jesu Dómine nostro.
℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábis.

AD VESPERAS

Psalmi et Ant. de Dominica.
Capitulum. Fratres: ꝸ Rogámus vos. pag. 126.
℟. breve, Hymnus et ℣. pag. 118.
Ad Magnificat, Ant. Visiónem. pag. 126.
Oratio. Deus, qui cónspicis. ibidem.

Feria Secunda

Ad Benedictus.

Ant. 8. T.

Ego princípi - um, qui et loquor vobis.
E u o u a e.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: * ut família tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet, ꝸ sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Qui me misit, mecum est, et non re-líquit me so - lum: qui - a quæ plá-ci-ta sunt e - i, fá-ci - o semper. E u o u a e.

Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris, omnipotens Deus: * et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, ꝸ consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. * Per Dóminum.

Feria Tertia

Ad Benedictus.

Ant. j. T.

Unus est enim Magíster vester, qui in cœlis est, Christus Dóminus. E u o u a e.

Oratio.

Pérfice quæsumus, Dómine, benignus in nobis observántiæ sanctæ subsídium: * ut, quæ te auctóre faciénda cognóvimus, ꝛ te operánte impleámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Qui major est vestrum, erit minister vester: quia omnis qui se exáltat, humiliábitur, dicit Dóminus. E u o u a e.

Oratio.


Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, ꝛ et animárum nostrárum medére languóribus: * ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur. * Per Dóminum.

Feria Quarta

Ad Benedictus.

Ant. vij. T.


Ecce ascéndimus Jerosólymam: et Fí-



Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus, Dómine, propítius réspice: * et quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, ⁊ a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Ad Magnificat.




Oratio.

Deus, innocéntiæ restitútor et amátor, ⁊ dírige ad te tuórum corda servórum: * ut spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, ⁊ et in ópere efficáces. * Per Dóminum.

Feria Quinta

Ad Benedictus.




Infra


Præsta nobis, q
jejúniis et orat
bus mentis et córp



Adésto, Dómine,
gire poscéntib
riántur, et congre
Dóminum.



Da, quæsumus, o
nio ⁊ sincéris
Dóminum.



Oratio.

Præsta nobis, quæsumus, Dómine, auxílium grátiæ tuæ: * ut jejúniis et oratiónibus conveniénter inténti, liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.

Dives ille guttam aquæ pé-ti-it, qui micas pa-nis Lá-za-ro negávit. E u o u a e.

Oratio.

Adésto, Dómine, fámulis tuis, † et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus: * ut iis, qui te auctóre et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures, † et restauráta consérves. * Per Dóminum.

Feria Sexta

Ad Benedictus.

Ant. 3. T.

Malos ma-le perdet, et víne-am su-am locábit á-li-is agríco-lis, qui reddant e-i fructum tempó-ribus su-is. E u o u a e.


Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: * ut sacro nos purificánte jejúnio † sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire. Per Dóminum.


Ad Magnificat.

Ant. 3. T.

Quærentes e-um tené-re, timu-é-runt tur-



bas, qui-a sicut Prophé-tam e-um ha-bébant.



E u o u a e.

Oratio.


Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis: * ut bonis opéribus inhæréndo, ☧ tuæ semper virtútis mereátur protectióne defendi. * Per Dóminum.

Sabbato


Ad Benedictus.

Ant. j. T.






VADAM ad patrem me-um, et di-cam e-i:



Pa-ter, fac me sicut unum de mercená-



ri-is tu-is. E u o u a e.

Oratio.

Da, quæsumus, Dómine, nostris effectum jejúniis salutárem: * ut castigátio carnis assúmpta, ☧ ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dóminum.

AD VESPERAS

Capitulum. Ephes. 5.

va præséntem ca - térvam in tu - is hódi - e
láudibus congre - gá-tam, alle - lú-ia, alle - lú-ia,
al-le - lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui in præclára. pag. 369.
Et fit Comm. de Festo sequenti, Ant. Beátus vir, qui métuit. pag. 32* ℣. Amávit eum. Oratio. Deus, humílium celsitúdo. ut infra.
Deinde de S. Monica Vidua, Ant. Símile est... hómini negotiatóri. pag. 43* ℣. Diffúsa est grátia.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster : * ut, sicut de beátæ Mónicæ festivitáte gaudémus : ☧ ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. * Per Dóminum.

DIE IV. MAJI

In Festo S. Francisci de Paula

Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
In Hymno dicitur : Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, humílium celsitúdo, ꝟ qui beátum Franciscum, Confessórem, Sanctórum tuórum glória sublimásti: * tríbue, quæsumus; ꝟ ut, ejus méritis et imitatióne, promíssa humílibus præmia felíciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes, pro Comm. S. Monicæ, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE V. MAJI

In Festo S. Sacerdotis
Episcopi et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.
Oratio. Da, quæsumus. pag. 25*

DIE VI. MAJI

In Festo S. Joannis
ante Portam Latinam

xij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 7* præter sequentia.
Ad Magnificat in utrisque Vesperis,

Ant. iv. T.

In fervéntis ó-le-i dó-li-um missus be-á-tus Jo-ánnes Apósto-lus, di-vína se pro-te-géntе grá-ti-a, illæ-sus ex-ívit, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant: ✶ præsta, quæsumus; ℣ ut beáti Joánnis, Apóstoli tui et Evangelistæ, intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

IN II. VESPERIS

Fit Commemoratio S. Stanislai, Ant. Fíliæ Jerúsalem. ℣. Justi in perpétuum vivent. Oratio. Deus, pro cujus. ut infra. pag. 7*

DIE VII. MAJI

In Festo S. Stanislai

Episcopi et Martyris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 15*

Oratio.

Deus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit: ℣ præsta, quæsumus; ✶ ut omnes, qui ejus implórant auxílium, ℣ petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

DIE VIII. MAJI

In Apparitione S. Michaëlis, Archangeli

iij. Lect. et M.

AD VESPERAS

Capitulum. Apoc. I.

Significávit Deus, quæ opórtet fíeri cito, ℣ loquens per Angelum suum servo suo Joánni, ✶ qui testimónium perhíbuit verbo Dei, ℣ et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

℟. breve.

GLORI-ÓSUS appa-ru-ísti in conspéctu Dómini, ✶ Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Glo-ri-ósus. ℣. Proptér-e-a decó-rem índu-it te Dóminus. ✶ Alle-lú-ia.

Hymnus. Tibi Christe, splendor Patris.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allelúia.
℟. Et adorábo ad templum sanctum tuum, allelúia.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Dum sa-crum mysté-ri-um cérne-ret Jo-án-nes, Archánge-lus Mí-cha-ël tu-ba cécinit: Di-gnus es, Dómine De-us noster, accípe-re librum, et ape-ríre signácu-la e-jus, alle-lú-ia. Eu o u a e.

Oratio.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: ☧ concéde propítius; * ut, a quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ☧ ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. 8. Allelúia. pag. 177. Psalmi de Feria.
Capitulum. Significávit Deus. pag. 373.

℟. br.

Stetit Ange-lus juxta a-ram templi, * Al-le-lú-ia, alle-lú-ia. Ste-tit. ℣. Habens thu-ríbu-lum áure-um in manu su-a. * Alle-lú-ia.

Hymnus. Christe, sanctórum.
℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

Factum est siléntium in cœlo, dum draco commítteret bellum, et Míchaël pugnávit cum eo, et fecit victóriam, allelúia.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui miro órdine. pag. 374.

AD PRIMAM,

et alias Horas, Ant. Allelúia. ut in die sancto Paschæ, pag. 178.

AD TERTIAM

Capitulum. Significávit Deus. pag. 373.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi, allelúia.

℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúia.

AD SEXTAM

Capitulum. Apoc. 5.

Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum: ☧ et erat númerus eórum míllia míllium, voce magna dicéntium: * Salus Deo nostro.

℣. Data sunt ei incénsa multa, allelúia.

℟. Ut adoléret ea ante altáre áureum, allelúia.

AD NONAM

Capitulum. Apoc. 12.

Factum est prælium magnum in cœlo: ☧ Michaël, et Angeli ejus præliabántur cum dracóne, et draco pugnábat, et ángeli ejus: * et non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cœlo.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini, allelúia.

℟. De manu Angeli, allelúia.

DIE IX. MAJI

In Festo S. Gregorii Nazianzeni
Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*
Ad Magnificat, Ant. O Doctor... beáte Gregóri. pag. 28*
Oratio. Deus. pag. 29*

DIE X. MAJI

In Festo S. Petri
Episcopi et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus; * ut beáti Petri, Confessóris tui atque Pontíficis, veneránda solémnitas, † et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Et postea fit Comm. SS. Gordiani et Epimachi, Martyrum, Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi solémnia cólimus, † eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. * Per Dóminum.

Ad Laudes, pro Comm. SS. Martyrum, Ant. Lux perpétua. pag. 8*
℣. et Oratio, ut supra.

DIE XI. MAJI

In Festo S. Pii V.
Papæ et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divínum cultum reparándum, beátum Pium, Pontíficem Máximum elígere dignátus es: * fac nos ipsíus defféndi præsídiis, et ita tuis inhærére obséquiis, † ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

DIE XII. MAJI

IN FESTO
SS. Nerei, Achillei et Domitillae, Virginis, atque Pancratii, Martyrum

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 15*

Oratio.

Semper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllæ, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas: ☩ et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

DIE XIV. MAJI

S. Bonifacii, Martyris

Commemoratio.

Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 15* ℣. Justi in perpétuum.

Oratio.

Da quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui beáti Bonifácii, Mártyris tui, solémnia cólimus, ☩ ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. * Per Dóminum.

Ad Laudes, Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XIX. MAJI

In Festo S. Petri Coelestini
Papæ et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*

Oratio.

Exáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, ☩ quas in beáti Petri Cœlestíni, Confessóris tui atque Pontíficis, solemnitáte deférimus: * et, qui tibi digne méruit famulári, ☩ ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Et fit Commem. S. Pudentianæ, Virginis.

Ad Vesperas, Ant. Veni, Sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: * ut, sicut de beátæ Pudentiánæ, Vírginis tuæ, festivitáte gaudémus: ☩ ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. * Per Dóminum.

Ad Laudes, pro Comm. S. Pudentianæ, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XX. MAJI

S. Yvonis, Confessoris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Iste cognóvit. pag. 31* T. P. Ant. Beátus vir, qui métuit. pag. 32* ℣. Amávit eum. Oratio. Adésto. pag. 32*

Ad Laudes, Ant. Similábo eum. pag. 33* T. P. Ant. Qui manet in me. ibid. ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXIII. MAJI

S. Desiderii, Episcopi et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit. T. P. Ant. Filiæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum.

Oratio. Deus. pag. 12*

Ad Laudes, Ant. Qui vult venire. pag. 13* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXIV. MAJI

SS. Donatiani et Rogatiani, Martyrum

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt sancti. pag. 19* T. P. Ant. Filiæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Donatiáni et Rogatiáni natalítia cólere: ☩ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. * Per Dóminum.

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXV. MAJI

In Festo S. Gregorii vij.

Papæ et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*

Oratio.

Deus, in te sperántium fortitúdo, ☩ qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte,

virtute constántiæ roborásti: * da nobis, ejus exémplo et intercessióne, ꝣ ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Urbani, Papæ et Martyris.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.
T. P. Ant. Filiæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui beáti Urbáni, Mártyris tui atque Pontíficis, solémnia cólimus, ꝣ ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. * Per Dóminum.

Ad Laudes, pro Comm. S. Urbani, Ant. Qui vult veníre. pag. 13*
T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXVI. MAJI

In Festo S. Philippi Nerii, Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*

Oratio.

Deus, qui beátum Philíppum, Confessórem tuum, Sanctórum tuórum glória sublimásti: ꝣ concéde propítius; * ut cujus solemnitáte lætámur, ꝣ ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Eleutherii, Papæ et Martyris.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.
T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus: * et quia pondus própriæ actiónis gravat, ꝣ beáti Eleuthérii, Mártyris tui atque Pontíficis, intercéssio gloriósa nos prótegat. * Per Dóminum.

Ad Laudes, pro Comm. S. Eleutherii, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXVII. MAJI

S. Joannis, Papae et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.
T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum.
Oratio. Deus, pag. 12*
Ad Laudes, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXX. MAJI

S. Felicis, Papae et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justus germinábit. Oratio. Infirmitátem. pag. 12*
Ad Laudes, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXXI. MAJI

S. Petronillae, Virginis

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Veni, sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est. Oratio. Exáudi. pag. 38*
Ad Laudes, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

FERIA SEXTA POST OCTAVAM CORPORIS CHRISTI


IN FESTO

Sacratissimi Cordis Jesu


Serm. maj. sine Octava

In ij. Vesperis diei Octavæ Corporis Christi nulla fit Commemoratio hujus Festi: sed si alia die celebrandum sit cum j. Vesperis, in iis omnia dicuntur ut infra in ij. Vesperis, exceptis sequentibus.


Responsorium. v. T.


CCE vídimus e - um non




habéntem spéci - em, ne-que de - có - rem:




aspé-ctus e-jus in e - o non




est: hic




vit, et pro




vulne - rá -



no - stras:



ti su -



stros ipse



por-tá -

℣. Ignem ver
℟. Et quid vo

Ant. viij T.

I MPR



et misé-ri

yris

Filiæ Jerúsa-
m. pag. 12*
t. Lux perpé-

℣. Diffúsa est.

℣. et Oratio,

CHRISTI

Jesu

fit Comme-
j. Vesperis,
quentibus.

non

rem :

non

est : hic peccá-ta nostra portá-

vit, et pro nobis do - let : ipse au - tem

vulne - rá - tus est propter in-iqui-tá - tes

no - stras : * Cu-jus livó - re saná-

ti su - mus. ℣. Ve-re languó-res no-

stros ipse tu - lit, et do-ló-res nostros i - pse

por-tá - vit : * Cu-jus.


℣. Ignem veni míttere in terram.
℟. Et quid volo, nisi ut accendátur.

Ad Magnificat.

Ant. viij T.

IMPRO-PÉRI - UM expectávit Cor me-um,

et misé-ri - am ; et sustínu - i, qui simul contri-




AD LAUDES

Ant. Díscite a me. infra in ij. Vesperis. Psalmi de Festis.

Capitulum. Isaiæ 12.

Ecce Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, et non timébo: quia fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. * Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris.





Hymnus. Cor, arca legem cóntinens.

℣. Vere languóres nostros ipse tulit.

℟. Et dolóres nostros ipse portávit.

Ad Benedictus.





Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ★ ut, qui in sanctíssimo dilécti Filii tui Corde gloriántes, præcípua in nos charitátis ejus benefícia recólimus, ☧ eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per eúmdem Dóminum.

AD PRIMAM

Ant. Sanctificávi. infra in ij. Vesperis.

¶ Conclusio Hymnorum ad Horas non mutatur.

AD TERTIAM

Ant. Et dixi. infra in ij. Vesperis.

Capitulum. Ecce Deus Salvátor. pag. 382.

℣. Pósuit fines tuos pacem.

℟. Et ádipe fruménti sátiat te.

AD SEXTAM

Ant. viij. T.

SECÚNDUM multi-túdinem do-ló-rum me-ó-rum in Corde me-o, conso-la-ti-ónes tu-æ læti-fi-cavé-runt ánimam me-am. E u o u a e.

Capitulum. Isaiæ 12.

Dicétis in illa die: ☧ Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus: ★ et mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

℣. Dirupísti, Dómine, víncula mea.

℟. Tibi sacrificábo hóstiam laudis.

AD NONAM

Ant. Pone me. infra in ij. Vesperis.

Capitulum. Isaiæ 12.

Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit: ☧ annuntiáte hoc in univérsa terra ★ Exúlta, et lauda habitátio Sion: quia magnus in médio tui Sanctus Israël.

℣. Erit Dóminus nominátus in signum ætérnum.

℟. Quod non auferétur.

IN II. VESPERIS

1. Ant. 3. T. Psalm. 109.

DÍSCITE a me, qui-a mi-tis sum et hú-mi-lis Corde. E u o u a e.

2. Ant. j. T. Psalm. 110.

SANCTIFICÁVI lo-cum istum, ut sit nomen me-um ibi in sempi-térnum, et permáne-ant ócu-li me-i, et Cor me-um i-bi cunctis di-ébus. E u o u a e.

3. Ant. iv. T. Psalm. 115.

ET di-xi: Ergo sine causa justi-fi-cávi Cor me-um, et la-vi inter innocéntes manus me-as, et fu-i flagellá-tus to-ta di-e. E u o u a e.

4 Ant. v. T. Psalm. 127.

Po-ne me ut signácu-lum super cor tu-um, ut signácu-lum super bráchi-um tu-um. Eu o u a e.

Capitulum. Ecce Deus Salvátor. pag. 382.

℟. br. Pósu-it * Fines tu - os pacem. Pósu - it.

℣. Et ádipe fruménti sá-ti - at te. * Fines.

Hymnus. Auctor beáte sæculi.

℣. Hauriétis aquas in gáudio.

℟. De fóntibus Salvatóris.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Ad Jesum autem cum venissent, ut vidé-runt e-um mórtu - um, non fregé-runt e-jus cru-ra: sed unus mí-li-tum lánce-a la-tus e-jus a-pé-ru - it, et contínu-o exívit sanguis et aqua. Eu o u a e.

Oratio. Concéde, quæsumus. pag. 383.

FESTA JUNII

DIE I. JUNII

IN FESTO
BB. Bernardi, Mariae et Gratiae, Mart.

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 15*

Oratio.

Mártyrum tuórum Bernárdi, Maríæ et Grátiæ memóriam recenséntes, súpplices te, Dómine, deprecámur; * ut in tua charitáte radicáti et fundáti, ☩ passiónes hujus témporis, amóre illíus glóriæ, quæ reveláanda est in nobis, invícto ac libénti ánimo sustinére valeámus. Per Dóminum.

DIE II. JUNII

SS. Marcellini, Petri atque Erasmi
Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri atque Erásmi solemnitáte lætíficas: ☩ præsta, quæsumus; * ut quorum gaudémus méritis, ☩ accendámur exémplis. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE VI. JUNII

In Festo S. Norberti, Episc. et Conf.

iij. Lect. et M.

¶ Nota quod hujus et subsequentium Fest. iij. Lect. et M. Tempore Paschali fiat tantum Commemoratio propter occurrentiam Octavarum Ascensionis et Pentecostes.

Omnia de Communi, pag. 23*

Oratio.

Deus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui præcónem exímium effecísti, ☩ et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: * præsta, quæsumus; ut ejúsdem suffragántibus méritis, ☩ quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum.

Tempore Paschali, fit tantum Commemoratio.
Ad Vesperas, Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 24* ỷ. Justum dedúxit. Oratio ut supra.
Ad Laudes, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ỷ. et Oratio, ut supra.

DIE VII. JUNII

In Festo S. Roberti, Abbatis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
Oratio. Intercéssio. pag. 32*
Tempore Paschali, Commemoratio.
Ad Vesperas, Ant. Beátus vir, qui métuit. pag. 32* ỷ. Amávit eum. Oratio ut supra.
Ad Laudes, Ant. Qui manet in me. pag. 33* ỷ. et Oratio, ut supra.

DIE VIII. JUNII

S. Medardi, Episcopi et Confessoris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 25* ỷ. Justum dedúxit. Oratio. Da, quæsumus. pag. 25*
Ad Laudes, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ỷ. et Oratio, ut supra.

DIE IX. JUNII

SS. Primi et Feliciani, Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ỷ. Justi in perpétuum.

Oratio.

Fac nos, quæsumus, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári: ꝛ quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ỷ. et Oratio, ut supra.

DIE X. JUNII

S. Claudii, Episcopi et Confessoris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 24* ỷ. Justum dedúxit. Oratio. Exáudi. pag. 25*
Ad Laudes, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ỷ. et Oratio, ut supra.

DIE XI. JUNII

In Festo S. Barnabae, Apostoli

MM. maj.

Omnia de Communi, pag. 1* Temp. Pasch. pag. 7*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Bárnabæ, Apóstoli tui, méritis et intercessióne lætíficas: ҁ concéde propítius; * ut, qui tua per eum benefícia póscimus, ҁ dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

IN II. VESPERIS

Fit Comm. sequentis, Ant. Veni, sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est grátia. Oratio. Da, quæsumus. ut infra.

Deinde Comm. SS. Basilidis et Sociorum, Martyrum, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris, atque Nazárii, quæsumus, Dómine, natalítia nobis votíva resplendeant: * et, quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, ҁ frúctibus nostræ devotiónis accréscat. * Per Dóminum.

DIE XII. JUNII

In Festo B. Aleydis, Virginis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 36*

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte defícimus, ҁ intercedénte beáta Aléyde, Vírgine tua, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Tempore Paschali, Commemoratio.

Ad Laudes, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

Pro Commemoratione SS. Basilidis et Sociorum, Martyrum. Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XIV. JUNII

In Festo S. Basilii Magni

Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*

In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Ad Magnificat, Ant. O Doctor... beáte Basili. pag. 28*

Oratio. Exáudi. pag. 25*

Tempore Paschali, Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. O Doctor... beáte Basíli. pag. 28* ℣. Justum dedúxit. Oratio, ut supra.

Ad Laudes, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XV. JUNII

SS. Viti, Modesti et Crescentiae Martyrum

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti pag. 19* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modésto, atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere: ☩ sed tibi plácita humilitáte profícere; * ut prava despíciens, ☩ quæcúmque recta sunt, líbera exérceat charitáte. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XVI. JUNII

In Festo S. Lutgardis, Virginis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 36*
Oratio. Exáudi. pag. 38*
Tempore Paschali, Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Veni, sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est grátia. Oratio, ut supra.

Ad Laudes, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XVIII. JUNII

SS. Marci et Marcelliani, Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* T. P. Ant. Fíliæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci et Marcelliáni natalítia cólimus, ☩ a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. *

Deinde fit Comm. S. Elisabeth, Virginis, Ant. Veni, sponsa Christi pag. 37* ℣. Diffúsa est.

Oratio.

Deus, qui beátam Elísabeth sanctárum tuárum Vírginum collégio aggregáre dignátus es: * tribue nobis, quæsumus, ut ejus

précibus et méritis a culpis ómnibus expiémur, ☩ et ætérno tuæ Majestátis consórtio perfruámur. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

Deinde fit Comm. S. Elisabeth, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XIX. JUNII

SS. Gervasii et Protasii, Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* T. P. Ant. Filiæ Jerúsalem. pag. 7* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gervásii et Protásii solemnitáte lætíficas: ☩ concéde propítius; * ut, quorum gaudémus méritis, ☩ accendámur exémplis. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* T. P. Ant. Lux perpétua. pag. 8* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XX. JUNII

S. Silverii, Papae et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.
Oratio. Infirmitátem. pag. 12*
Ad Laudes, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXII. JUNII

S. Paulini, Episcopi et Confessoris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 24* ℣. Justum dedúxit. Oratio. Da, quæsumus. pag. 25*
Ad Laudes, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ℣. et Oratio, ut supra.


DIE XXIII. JUNII


In Vigilia S. Joannis Baptistae


Omnia dicuntur ut in Psalterio.
Oratio dicenda ad Laudes et Horas diei.


Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ☩ ut família tua per viam salútis incédat: * et beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ☩ ad eum, quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.























DIE XXIV. JUNII

IN NATIVITATE


S. Joannis Baptistae

Serm. maj. cum Octava


AD VESPERAS




1. Ant. vij. T. Psalmi de Dominica.



-PSE præ-íbit ante illum in spí-ri-




tu, et virtú-te Elí - æ, pa-rá-re Dómino ple-




bem perféctam. E u o u a e.

2. Ant. viij. T.






O-ÁNNES est nomen e - jus: vinum et sí-




ce-ram non bibet, et mul - ti in na-tivi-tá - te




e-jus gaudébunt. E u o u a e.

3. Ant. v. T.





ox clamán-tis in desérto: Pa-rá-te vi - am




Dómini, rectas fá-ci-te sémi-tas De-i nostri.

E u o u a e.

4. Ant. vij. T.

Nazaræ-us vocábi-tur pu-er isté: vinum et



síce-ram non bibet, et omne immúndum non man-

ducábit ex ú-te-ro matris su-æ. E u o u a e.


Capitulum. Isaiæ 49.

Audite ínsulæ, et atténdite pópuli de longe: ⁊ Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.


Responsorium.

j. T.


Inter na-tos mu-lí-e-rum non



surréxit ma-jor Jo-án-ne Ba-ptí-sta:



* Qui vi-am Dó-mi-no præpa-rá-vit



in e-ré-mo. ℣. Fu-it homo missus a

De-o, cu


Hymnus. Ut

℣. Fuit homo


℟. Cui nome

Ant. viij. T.

Ing



appá-ru-



dextris alt

Deus, qui p Nativitát diórum; ⁊ e ætérnæ. Per

Ant. Elísab

Capitulum.

℟. br.

H u-


nomen e-

Hymnus. C


℣. Iste puer

℟. Nam et

Ant. viij. T.



A



De - o, cu - i nomen e - rat Jo - án - nes : * Qui.

Hymnus. Ut queant laxis.

℣. Fuit homo missus a Deo.

℟. Cui nomen erat Joánnes.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

INGRÉSSO Zacha-rí - a templum Dómini, appá-ru - it e - i Gábri - el Ange-lus, stans a dextris altá - ris incénsi. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : * da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum ; ⁊ et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Elísabeth Zacharíæ. infra in ij. Vesperis. Psalmi de Festis.

Capitulum. Audíte ínsulæ. pag. 392.

℟. br.

FU - IT homo, * Missus a De-o. Fu-it. ℣. Cu-i nomen e-rat Jo-ánnes. * Missus.

Hymnus. O nimis felix.


℣. Iste puer magnus coram Dómino.


℟. Nam et manus ejus cum ipso est.

Ad Benedíctus.

Ant. viij. T.

A-PÉRTUM est os Za-cha-rí-æ, et pro-





Oratio. Deus, qui præséntem. pag. 393.

AD PRIMAM


Ant. Innuébant. infra in ij. Vesperis.


AD TERTIAM

Ant. Joánnes vocábitur. infra in ij. Vesperis.
Capitulum. Audite insulæ. pag. 392.
℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Joánnes.

AD SEXTAM

Ant. 3. T.





Capitulum. Isaiæ 49.

Et nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : * Dedi te in lucem Géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.
℣. Inter natos mulierum non surréxit major.
℟. Joánne Baptísta.

AD NONAM

Ant. Tu puer. infra in ij. Vesperis.

Capitulum. Isaiæ 49.

Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, * et adorábunt Dóminum Deum tuum, et Sanctum Israël, qui elégit te.
℣. Elísabeth Zacharíæ magnum virum génuit.
℟. Joánnem Baptístam Præcursórem Dómini.

Is-ra - ël.

xit ma-

m sibi : *
extrémum

nt Dómi-

IN II. VESPERIS

Psalmi de Dominica.

1. Ant. 3. T.

E-LÍSABETH Zacha-rí - æ magnum vi-rum gé-nu - it, Jo-ánnem Baptístam Præcursó-rem Dó-mini. E u o u a e.

2. Ant. iv. T.


INNU-ÉBANT Patri e-jus, quem vellet vo-cá-ri e - um, et scripsit, dicens : Jo - ánnes est nomen e-jus. E u o u a e.

3. Ant. j. T.

JO-ÁNNES vocábi-tur no-men e-jus, et in na-tivi-tá-te e - jus multi gaudébunt. Eu o u a e.

4. Ant. 3. T.

TU pu-er, Prophé - ta Altíssimi vo-cábe-ris :




præ-íbis ante Dóminum pa-rá-re vi-as e-jus.

E u o u a e.

Capitulum. Audíte ínsulæ. pag. 392

℟. br. E-LÍ-SABETH Zacha-rí-æ, * Magnum vi-rum gé-




nu-it. Elísabeth. ℣. Jo-ánnem Baptístam Præcur-

só-rem Dómini. * Magnum.


Hymnus. Ut queant laxis.
℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Joánnes.

Ad Magnificat.


Ant. j. T. ET posu-é-runt omnes qui audi-é-runt



in corde su-o, di-céntes: Quis, pu-tas, pu-er



íste e-rit? Et-enim manus Dómini e-rat cum



illo. Et Zacha-rí-as pa-ter e-jus replé-tus est

Spí-ri-tu san-cto; et prophe-távit, di-cens:

Benedí-ctus De-us Isra-ël, qui-a visi-tá-vit, et

fe-cit redempti-ónem plebis su-æ. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui præséntem. pag. 393.
Et fit Commemoratio S. Gulielmi, ut infra.

Privatis Diebus infra Octavam S. Joannis Baptistae

Omnia ut in die præter psalmos feriales ad Laudes et Vesperas.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam

Ad Vesperas, Psalmi de Sabbato, Ant. ut in ij. Vesperis Festi, Capitulum et reliqua de Dominica occurrente, cum Commemoratione Octavæ S. Joannis. Ant. Ingrésso. pag. 393.
℣. Fuit homo. Oratio. Deus, qui præséntem. ibidem.

Dominica

infra Octavam S. Joannis Baptistae

Omnia de Dominica cum Commemoratione Octavæ.
Ad Laudes, Ant. Apértum est. pag. 393. ℣. Iste puer.
Oratio. Deus, qui præséntem. ibidem.
Ad Vesperas, Ant. Et posuérunt. pag. 396. ℣. et Oratio, pag. 393.

DIE XXV. JUNII

In Festo S. Gulielmi, Abbatis

xij. Lect. et M.

In ij. Vesperis S. Joannis Baptistæ fit Commemoratio sequentis, Ant. Iste cognóvit. pag. 31* ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui infirmitáti nostræ ad teréndam salútis viam in Sanctis tuis exémplum et præsidium collocásti: * da nobis, ita beáti

Guliélmi, Abbátis, mérita venerári, ☧ ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dóminum.

Cetera de Communi, pag. 29*

IN LAUDIBUS

Fit Commemoratio Oct. S. Joannis, Ant. Apértum est. pag. 393.
℣. Iste puer. Oratio. Deus, qui præséntem. ibidem.
In ij Vesperis fit a Capitulo de SS. Joanne et Paulo.

DIE XXVI. JUNII

In Festo SS. Joannis et Pauli
Martyrum

xij. Lect. et M.

AD VESPERAS

Capitulum et reliqua de Communi, pag. 17* præter sequentia.

Ad Magnificat. Ant. vj. T.

GAUDENT in cœ - lis áni-mæ Sanctórum, qui Chri - sti vestí-gi-a sunt se-cú-ti : et qui-a pro e-jus amó-re sánguinem su - um fu-dé-runt, íde-o cum Chri-sto exúl-tant sine fine.

E u o u a e.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus: * ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excipiat, quæ de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit: ☧ quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

Fit Comm. S. Gulielmi, Ant. Iste Sanctus. pag. 34* ℣. et Oratio, ut supra.

Deinde fit Comm. de Octava S. Joannis, Ant. Et posuérunt. pag. 396. ℣. et Oratio, pag. 393.

AD LAUDES et HORAS, omnia de Communi, pag. 19* præter sequentia.

Ad Benedictus, Ant. Isti sunt duæ olivæ. sine Allelúia. pag. 4* Oratio. Quæsumus. ut supra.

Et fit Commemoratio Oct. S. Joannis, Ant. Apértum est. pag. 393. ℣. Iste puer. Oratio. Deus, qui præséntem. ibidem.

IN II. VESPERIS

A Capitulo de Octava S. Joannis, pag. 396. cum Commemoratione SS. Joannis et Pauli.

Ant. j. T.

I-sti sunt Sancti, qui pro Christi amó-re minas hóminum contempsé-runt, sancti Márty-res in regno cœló-rum e-xúltant cum Ange-lis: o quam pre-ti-ósa est mors Sanctó-rum, qui assídu-e assí-stunt ante Dó-minum, et ab ínvi-cem non sunt sepa-rá-ti.

E u o u a e.

℣. Justi in perpétuum. Oratio. Quæsumus. ut supra.

DIE XXVII. JUNII

Officium ut supra notatur pro privatis diebus infra Oct. S. Joannis, pag. 397.

IN II. VESPERIS

Fit Comm. S. Leonis, Papæ et Confessoris, Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 24* ℣. et Oratio, ut infra.

DIE XXVIII. JUNII

Officium de Octava S. Joannis, ut supra notatur, pag. 397.

IN LAUDIBUS

Fit Comm. Vigiliæ SS. Apostolorum Petri et Pauli, Ant. et ℣. de Feria.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: * ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, ῀ quos in Apostólicæ confessiónis petra solidásti. *

Deinde fit Commemoratio S. Leonis, Ant. Euge serve bone. pag. 26* ℣. Justum dedúxit.

Oratio.

Deus, qui beátum Leónem, Pontíficem, Sanctórum tuórum méritis coæquásti: ῀ concéde propítius; * ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, ῀ vitæ quoque imitémur exémpla. * Per Dóminum.

DIE XXIX. JUNII

IN FESTO

SS. Apost. Petri et Pauli

Serm. maj. cum Octava

AD VESPERAS



1. Ant. viij. T. Psalmi de Dominica.

Petrus et Jo-ánnes ascendébant in templum ad ho-ram o-ra-ti-ó-nis nonam. Eu o u a e.

2. Ant. 7. T.

Argéntum et aurum non est mi-hi: quod autem hábe-o, hoc tibi do. Euouae.

3. Ant. 8. T.

Dixit Ange-lus ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tu-um, et sé-que-re me. Euouae.

4. Ant. 7. T.

Tu es Petrus, et super hanc petram ædi-fi-cábo Ecclési-am me-am. Euouae.

Capitulum. Act. 12.

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. ℥ Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. ★ Videns autem quia placéret Judæis, ℥ appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Responsorium.

j. T.

Cornéli-us Centú-ri-o, vir re-li-gi-ó-sus, ac ti-mens De-um, vidit mani-

fé-ste Ange-lum De - i dicéntem

si-bi : * Corné - li, mitte

et accérsi Simó-nem, qui co-gnominá-

tur Pe-trus; hic di-cet ti-bi quid te

opórte-at fáce-re. ℣. Cum

o-rásset Corné-li-us, nondum in Christo re-

ná-tus, appá-ru-it e-i Angel-lus, di-cens : * Cor-

né - li.

Hymnus. Aurea luce.

℣. Nimis honoráti sunt amici tui, Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Tu es pastor óvi-um, Prin-ceps Apo-

sto - ló-rum : tibi trádi-tæ sunt cla-ves regni cœ-ló-rum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti : * da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, ‡ per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Et non fit Commemoratio S. Pauli, cum Oratio sit communis, nec Octavæ. S. Joannis.

AD LAUDES

Psalmi de Festis.

Ant. iij. T.

PETRE, amas me ? pa-sce o-ves me-as. Tu scis, Dómine, qui-a amo te. E u o u a e.

Capitulum. Misit Heródes. pag. 401.

℟. breve. Constitues eos. pag. 3* Hymnus. Jam bone pastor.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

QUODCÚMQUE ligáve-ris super terram, e-rit ligá-tum et in cœlis : et quodcúmque sólve-ris super ter-ram, e-rit so-lú-tum et in cœlis, di-




cit Dóminus Simó-ni Petro. E u o u a e.


Oratio. Deus, qui hodiérnam. pag. 403.
Et non fit Comm. S. Pauli, nec Octavæ S. Joannis.

AD PRIMAM

Ant. j. T.




S i-GNIFICÁVIT Dó-minus Petro, qua mor-




te cla-ri-fi-ca-tú-rus esset De-um. Eu o u a e.

AD TERTIAM


Ant. viij. T.




E -GO pro te rogávi Petre, ut non de-fí-ci-at



fi-des tu-a, et tu a-liquándo convérsus confír-






ma fratres tu-os. E u o u a e.


Capitulum. Misit Heródes. pag. 401.
℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.


AD SEXTAM

Ant. ij. T.




C UMQUE vi-dísset ventum vá-lidum ve-





ni-éntem, tímu-it, et cum cœpísset mergi,



Capitulum. Act. 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. * Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

AD NONAM

Ant. Tu es Petrus. pag. 401.

Capitulum. Act. 12.

Et Petrus ad se revérsus, dixit : ☩ Nunc scio vere quia misit Dóminus Angelum suum, * et erípuit me de manu Heródis, et de omni expectatióne plebis Judæórum.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℟. Et facta ejus intellexérunt.

IN II. VESPERIS

Ant. ut in j. Vesperis, pag. 400.

Psalmi de ij. Vesperis Apostolorum. (109. 112. 115. 125.)

Capitulum. Misit Heródes. pag. 401. ℟. breve. In omnem terram. pag. 2* Hymnus. Aurea luce.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus eórum.


Ad Magnificat.

Ant. j. T.

B e - átus es, Simon Bar Jo-na, qui - a ca-ro

et sanguis non re - ve-lávit tibi, sed Pa-

ter me - us, qui est in cœ-lis, di-



Oratio. Deus, qui hodiérnam. pag. 403.

Et non fit Comm. S. Pauli, sed fit Comm. Octavæ S. Joannis, Ant. Et posuérunt. pag. 396. ℣. Fuit homo. Oratio. Deus, qui præséntem. pag. 393.

Si vero Sabbatum fuerit : Ant. Ingrésso. pag. 393. ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXX. JUNII

In Festo Commemorationis S. Pauli Apostoli

MM. maj.

AD LAUDES

Ant. Ego plantávi. infra in ij. Vesperis. Psalmi de Festis.

Capitulum. 2. Tim. 4.

Bonum certámen certávi, ⁊ cursum consummávi, fidem servávi.* In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus Judex.


℟. breve. Constitues eos. pag. 3*

Hymnus. Exúltet cœlum láudibus.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus. Ant. j. T.



Oratio.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis, quæsumus ; * ut, cujus natalítia cólimus, † ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Petri, Ant. Tu es pastor óvium. pag. 402

℣. Tu es Petrus. †

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. †

Oratio.

Deus, qui beáto Petro, Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ligándi atque solvéndi Pontifícium tradidísti : * concéde, ut, intercessiónis ejus auxílio, † a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. *

Deinde fit Commemoratio Octavæ S. Joannis, Ant. Apértum est. pag. 393. ℣. Iste puer. Oratio. Deus, qui præséntem. ibidem.

Nulla amplius fit Commemoratio nisi forte de Dominica, vel de die infra Octavam Corporis Christi, si occurrant.

AD PRIMAM

Ant. Grátia Dei. infra in ij. Vesperis.

AD TERTIAM

Ant. Ter virgis cæsus sum. infra in ij. Vesperis.

Capitulum. Bonum certámen. supra ad Laudes.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM

Ant. viij. T.

DAMÁSCI, præpósi-tus gentis Aré-tæ regis vó-lu-it me comprehénde-re : a frátribus per mu-rum sum demíssus in sporta, et sic evá-si ma-nus e-jus in nómine Dómini. E u o u a e.

Capitulum 2. Cor. 12.

Ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ ángelus sátanæ, qui me colaphízet. † Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : * et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea.

℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

AD NONAM

Ant. Libénter gloriábor infra in ij. Vesperis.

Capitulum. I. Cor. 15.

Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, ꝛ quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. * Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

IN II. VESPERIS

1. Ant. viij. T. Psalm. 109.

Ego plantávi, Apóllo rigávit, De - us au-tem increméntum de-dit, allelú-ia. Eu o u a e.

2. Ant. vij. T. Psalm. 112.

Gráti-a De - i in me vácu - a non fu-it, sed grá-ti - a e - jus semper in me manet. Eu o u a e.

3. Ant. viij. T. Psalm. 115.


Ter virgis cæsus sum, semel lapidá-tus sum, ter naufrági - um pértu-li pro Christi nómine. E u o u a e.

4. Ant. viij. T. Psalm. 125.

Libénter glo-ri - ábor in infirmi-tá-tibus

me - is, u
E u o u a
Capitulum.
℟. breve. In
℣. Tu es vas
℟. Prædicát
Ad Magnific
Oratio ut su
Et fit Comm
Oratio, pag. 40
Deinde fit C
pag. 393. Si Co
vel in Festo S
ij. Vesp. Pretio
Ant. Sancte Pa
Deinde Com
et Laudibus.

In
Fit de eis Co
Ant. vj. T.
Glori -
in vi - ta
mor - te
℣. Nimis hon



Capitulum. Bonum certámen. pag. 406.
℟. breve. In omnem terram. pag. 2* Hymnus. Doctor egrégie.
℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.
Ad Magnificat, Ant. Sancte Paule Apóstole. pag. 307.
Oratio ut supra ad Laudes.
Et fit Comm. S. Petri, Ant. Tu es pastor óvium. pag. 402. ℣. et Oratio, pag. 407.
Deinde fit Commem. de die Octava S. Joannis, Ant. Ingrésso, pag. 393. Si Comm. S. Pauli venerit in die Oct. Corporis Christi, vel in Festo SS. Cordis Jesu, transfertur in diem iv. Julii, et in ij. Vesp. Pretiosissimi Sanguinis fit tantum Commemoratio S Pauli, Ant. Sancte Paule. pag. 307. ℣. et Oratio, ut supra ad Laudes.
Deinde Comm. S. Petri, et Oct. Visitationis in utrisque Vesperis et Laudibus.

Infra Octavam Apostolorum

Fit de eis Commemoratio, ut sequitur.

AD VESPERAS

Ant. vj. T.

GLORI-Ó-SI Prínci-pes ter-ræ, quómodo in vi-ta su-a di-lexé-runt se, i-ta et in mor-te non sunt sepa-rá-ti. Euouae.

℣. Nimis honoráti sunt. Oratio. Deus, qui hodiérnam. pag. 403.

AD LAUDES

Ant. viij. T.

PETRUS Apósto-lus, et Paulus Doctor Gén-ti-um, ipsi nos docu-é-runt legem tu-am, Dómine. E u o u a e.

℣. et Oratio, ut supra.

FESTA JULII

DOMINICA PRIMA JULII

In Festo Pretiosissimi Sanguinis

Domini Nostri Jesu Christi

MM. maj.

¶ Si hoc Festum inciderit die j. Julii, in j. Vesperis fit Comm. S. Pauli, Ant. Sancte Paule. pag. 307. ℣. Tu es vas electiónis. Oratio. Deus, qui multitúdinem. pag. 407.

Et fit Comm. S. Petri, Ant. ℣. et Oratio, ut supra, pag. 407.

Et deinde fit Comm. de die Octava S. Joannis, Ant. Ingrésso. pag. 393. ℣. et Oratio, ibidem.

Et denique de Dominica occurrente.

Si vero hoc Festum inciderit die ij. Julii, transferatur in primam diem non impeditam.

AD VESPERAS

1. Ant. vij. T. Psalmi de Dominica.

QUIS est iste, qui venit de Edom, tinctis

vestibus de Bosra? iste formósus in sto-la su-a.

E u o u a e.

2. Ant. 3. T.

Ego, qui loquor justí-ti-am, et propugnátor sum ad sal-vándum. E u o u a e.

3. Ant. vij. T.

Vestítus e-rat veste aspérsa sánguine, et vocá-tur nomen e-jus Verbum De-i. E u o u a e.

4. Ant. 8. T.

Quare ergo rubrum est induméntum tu-um, et vestiménta tu-a sicut calcánti-um in torculá-ri. E u o u a e.

Capitulum Hebr. 9.

Fratres: ☩ Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis: ★ neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, ☩ sed per próprium Sánguinem introívit semel in sancta, ★ ætérna redemptióne invénta.

℟. br. REDEMÍSTI nos, Dómine: * In Sán-guine tu-o. Redemísti. ℣. Ex omni tribu, et lingua, et pópu-lo, et na-ti-óne. * In.

Hymnus. Festívis résonent.

℣. Redemísti nos, Dómine, in Sánguine tuo.

℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat.

Ant. 3. T. ACCESSÍSTIS ad Si-on montem, et civi-tá-tem De-i vivéntis, Je-rú-sa-lem cœléstem, et Testa-ménti novi Medi-a-tó-rem Jesum, et Sánguinis aspersi-ónem mé-li-us loquéntem quam Abel. E u o u a e.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti: ☧ concéde, quæsumus, * salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtúte deféndi in terris, ☧ ut fructu perpétuo lætémur in cœlis. Per eúmdem Dóminum.

Commemoratio Dominicæ.

AD LAUDES

Psalmi de Festis.

Ant. 8. T.

Hi, qui amícti sunt sto-lis albis, qui sunt et unde vené-runt? E u o u a e.

Capitulum. Fratres: Christus assistens. pag. 411.

℟. br. Christus di-léxit nos, et lavit nos * In Sánguine su-o. Christus. ℣. Et fecit nos regnum et sacerdó-tes De-o et Patri. * In.

Hymnus. Salvéte, Christi vúlnera.

℣. Justificáti in Sánguine Christi.

℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

Ad Benedictus.

Ant. 3. T.

Erit sanguis agni vobis in signum, dicit Dóminus: et vidébo sánguinem, et transíbo vos; nec e-rit in vobis plaga dispérdens. E u o u a e.

Oratio. Omnípotens. pag. 412.

Commemoratio Dominicæ.

AD PRIMAM

Non dicitur: Quicúmque.

Ant. j. T.

Hi sunt, qui vené-runt de tribu-la-ti-óne ma-gna, et lavé-runt sto-las su-as in sángui-ne Agni. E u o u a e.

AD TERTIAM

Ant. vj. T.

Ideo sunt, ante thro-num De-i, et sér-vi-unt e-i di-e ac nocte. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ℣ Christus. pag. 411.

℣. Redemísti nos, Dómine.

℟. In Sánguine tuo.

AD SEXTAM

Ant. vij. T.

Et ipsi vicé-runt dracó-nem propter sán-guinem Agni, et propter testaméntum verbi su-i. E u o u a e.

Capitulum. Hebr. 9.

Si sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: ℣ quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, * ad serviéndum Deo vivénti?

℣. Sanguis Jesu Christi Fílii Dei.

℟. Emúndat nos ab omni peccáto.

AD NONAM

Ant. viij. T.

Beáti, qui lavant sto-las su-as in sán-guine Agni. E u o u a e.

Capitulum. Hebr. 9.

Accípiens Móyses sánguinem vitulórum, et hircórum cum aqua et lana coccínea, et hyssópo: ℣ ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens: * Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

℣. Christus diléxit nos.

℟. Et lavit nos a peccátis nostris in Sánguine suo.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 410. præter sequentia.

℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.

℟. Quos pretióso Sánguine redemísti.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

Habébitis autem hunc di-em in monumén-tum: et ce-lebrábi-tis e-um so-lémnem Dó-mino in gene-ra-ti-ónibus ve-stris cultu sempi-térno. E u o u a e.

Commemoratio Dominicæ.

DIE I. JULII

In Octava S. Joannis Baptistae

xij. Lect. et M.

Omnia dicuntur sicut in die, pag. 391
In Laudibus fit Commemoratio Oct. Apostolorum, pag. 410.

DIE II. JULII

IN FESTO

Visitationis B. M. V.

Serm. maj. cum Octava

AD VESPERAS



1. Ant. j. T. Psalm. 109.

XÚRGENS Ma-rí-a áb-i-it in mon-tána cum festi-na-ti-óne, in civi-tá-tem Juda. Euouae.

2. Ant. ij. T. Psalm. 112.



NTRÁVIT Ma-rí-a in do-mum Za-cha-rí-æ, et sa-lú-tá-vit E-lísabeth. Euouae.

3. Ant. iij. T. Psalm. 121.



Elísabeth replé-ta e

4. Ant. v. T. Psalm. 126.



x tu-æ in in út-e-

Ecce iste ven est diléctus

ij. T.



AG exultávit lu-tá-ri

Ant. Cist.

3. Ant. iij. T. Psalm. 121.

At audívit sa-lu-ta-ti - ó-nem Ma-rí - æ Elísabeth, exultávit infans in ú-te-ro e-jus : et replé-ta est Spí - ri-tu sancto, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. v. T. Psalm. 126.

Ex quo fa-cta est vox sa-lu-ta - ti - ónis tu-æ in áu-ribus me - is, ex-ultá-vit infans in út - e - ro me - o, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. Cant. 2.

Ecce iste venit sáliens in móntibus, ϛ transíliens colles : * símilis est diléctus meus cápreæ, hinnulóque cervórum.

Responsorium.

ij. T.

Magní-ficat ánima me - a Dó - minum : et exultávit spí-ri-tus me - us in De-o sa-lu - tá-ri me - o, * Qui - a re-spéxit hu-

mi - li-tá-tem ancíllæ su - æ. ℣. Ec-ce enim ex hoc be - á - tam me di - cent omnes gene - ra-ti - ó - nes, * Qui - a.

Hymnus. Ave maris stella.
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat.

Ant. v. T.

O quan - ta vis a-mó - ris illi-bá-tæ tunc mentem accén-derat Vírginis, ut in Spí-ri - tu san-cto ra - pta ju-bi - lá - ret : Magní-fi-cat ánima me-a Dó - mi - num. E u o u a e.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui ex abundántia charitátis, beátam Maríam tuo Fílio fœcundátam ad salutatiónem Elísabeth inspirásti : ✠ præsta, quæsumus ; * ut per ejus Visitatiónem donis cœléstibus repleámur, ✠ et ab ómnibus adversitátibus eruámur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Joannis, Ant. Et posuérunt, pag. 396.
℣. Fuit homo. Oratio. Deus, qui præséntem, pag. 393.
Sed non fit Commemoratio Oct. SS. Apostolorum.

AD LAUDES

Psalmi de Festis.

Ant. j. T.

In Ma-rí-æ Vírginis ú-tero pa-rá-ta se-des tu-a, De-us, a sæcu-lo. E u o u a e.

Capitulum. Ecce iste venit. pag. 417.
℟. breve. Ave María. pag. 55* Hymnus. O gloriósa Dómina.
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus.

Ant. v. T.

Be-ne-dí-ctus Dó-minus De-us Is-ra-ël, qui-a visi-tá-vit, et fe-cit redempti-ó-nem ple-bis su-æ, sicut locú-tus est per os sanctó-rum. E u o u a e.

Oratio. Omnípotens. pag. 418.
Non fit Comm. Octavæ Apostolorum, sed tantum SS. Martyrum Processi et Martiniani, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos sanctórum Mártyrum tuórum Procéssi et Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas et prótegis: ☩ da nobis, et eórum imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. * Per Dóminum.

AD PRIMAM

Ant. v. T.

Ú - BILET De - o o-mnis terra, et cœlé-stis Hi-erarchí-a sérvi-at e - i. Eu o u a e.

AD TERTIAM

Ant. iij. T.

E - CIT Dóminus po-tén-ti-am in bráchi-o su - o, dispér-sit su-pér-bos mente cor-dis su-i. Eu o u a e.

Capitulum. Ecce iste venit. pag. 417.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM

Ant. iij. T.

EPÓSU - IT po-téntes de sede, et exaltá-vit húmi-les. E u o u a e.

Capitulum. Cant. 2.

Surge, própera amíca mea, colúmba mea, formósa mea, et veni. * Jam enim hiems tránsiit, ☧ imber ábiit, et recéssit. * Flores apparuérunt in terra nostra, ☧ tempus putatiónis advénit.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

AD NONAM

Ant. ij. T.

E - SURI - ÉNTES implévit bo-nis, et dívi-tes dimí-sit inánes. E u o u a e.

Capitulum. Cant. 2.

Vox túrturis audíta est in terra nostra: ☩ ficus prótulit grossos suos: * víneæ floréntes dedérunt odórem suum.

℣. Elégit eam Dóminus.

℟. In hæreditátem sibi.

IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. et Capitulum ut supra in j. Vesperis, pag. 416.

℟. br.

V ISITÁTI - O tu - a, * De - i Géni - trix Virgo. Visi-tá-ti - o. ℣. Gáudi - um annunti - ávit univérso mundo. * De - i.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

M A-GNÍ - FI - CET Dó-minum to-tum ge - nus fi - dé-li - um, cóncrepet harmóni - ca laude co-hors An-



Oratio. Omnípotens. pag. 418.
Commemoratio Apostolorum Petri et Pauli, ut supra, pag. 409.

Privatis Diebus infra Octavam Visitationis B. M. V.

Omnia ut in die, præter psalmos feriales ad Laudes et Vesperas.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam Visitationis B. M. V.

Ad Vesperas, Psalmi de Sabbato, Ant. de Visitatione, Capitulum et reliqua de Dominica occurrente, cum Commem. Octavæ, Ant. O quanta vis. pag. 418. ℣. Benedícta. Oratio. Omnípotens. ibidem.

Dominica infra Octavam Visitationis B. M. V.

Omnia fiunt de Dominica occurrente, cum Commem. Octavæ.
Ad Laudes, Ant. Benedíctus. pag. 419.
℣. Benedícta. Oratio. Omnípotens. pag. 418.
Ad Vesperas, Ant. Magníficet. pag. 421. ℣. et Oratio, ut supra.

DIE VI. JULII

IN OCTAVA

SS. Apostolorum Petri et Pauli

xij. Lect. et M.

AD VESPERAS

Psalmi, Ant. Capitulum, ℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi Apostolorum, pag. 1*

Ad Magnificat, Ant. Gloriósi. pag. 409.

Oratio.

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit; ☧ et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: * exáudi nos propítius, et concéde; ☧ ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas.

Et fit Commemoratio Octavæ Visitationis, Ant. Magníficet. pag. 421. ℣. Benedícta tu. Oratio. Omnípotens pag. 418.

AD LAUDES,

et Horas, omnia de Comm. Apostolorum, pag. 3* præter sequentia.

Ad Benedictus, Ant. Isti sunt duæ olívæ. pag. 4* cum Allelúia in fine.

Oratio. Deus, cujus déxtera. ut supra.

Dicitur hæc Oratio etiam ad Horas diei.

Deinde fit Commemoratio Oct. Visitationis, Ant. Benedíctus. pag. 419. ℣. Benedícta tu. Oratio. Omnípotens. pag. 418.

IN II. VESPERIS

Omnia de Communi Apostolorum, pag. 5*

Ad Magnificat, Ant. Petrus Apóstolus. pag. 410.

Oratio. Deus, cujus. ut supra.

Et fit Commemoratio Oct. Visitationis. Ant. Magníficet. pag. 421. ℣. Benedícta tu. Oratio. Omnípotens. pag. 418

DIE VIII. JULII

In Festo B. Eugenii

Papæ et Confessoris

xij. Lect. et M.

AD VESPERAS

Psalmi de Feria, Ant. de Oct. Visitationis, pag. 416.

Capitulum et reliqua de Communi Confessoris Pontificis, pag. 23*

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, beáti Eugénii, Confessóris tui atque Pontíficis, intercessióne, ut toto tibi corde famulémur; * quia nulla nobis prævalébit hostílitas, ☧ si in te veráciter confidámus. Per Dóminum.

Deinde fit Comm. Oct. Visitationis, Ant. Magníficet. pag. 421. ℣. Benedícta tu. Oratio. Omnípotens. pag. 418.

Deinde fit Comm. S. Theobaldi, Abbatis, Ant. Iste cognóvit. pag. 31* ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere: ☧ adésto propítius; * atque intercedénte beáto Theobáldo, Abbáte, in ómnibus actiónibus nostris et aspirándo nos præveni, et adjuvándo custódi; ☧ ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. * Per Dóminum.

AD LAUDES et HORAS, omnia de Communi Confessoris Pontificis, pag. 25*

IN LAUDIBUS

Fit primum Comm. Oct. Visitationis, Ant. Benedíctus. pag. 419. ℣. Benedícta tu. Oratio. Omnípotens. pag. 418.
Deinde fit Comm. S. Theobaldi, Ant. Similábo eum. pag. 33* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE IX. JULII

In Octava Visitationis B. M. V.

xij. Lect. et M.

AD VESPERAS

Omnia dicuntur ut in j. Vesp. Festi, pag. 416. excepto ℟. brevi, quod est sicut in ij. Vesperis, pag. 421.
Et fit Comm. B. Eugenii, Ant. Dum esset summus Póntifex. pag. 27* ℣. Justum dedúxit. Oratio. Da, quæsumus. ut supra.
AD LAUDES, HORAS et VESPERAS, omnia ut in die Festi, pag. 419.

IN II. VESPERIS

Comm. Festi sequentis, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. et Oratio, ut infra.

DIE X. JULII

SS. Martyrum Septem Fratrum, ac Rufinae et Secundae

Virginum et Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ★ ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, ⁊ pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. ★

DIE XI. JULII

S. Pii, Papae et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Béatus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.
Oratio. Infirmitátem. pag. 11*
Ad Laudes, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XII. JULII

In Festo S. Joannis Gualberti

Abbatis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*

Oratio. Intercéssio. pag. 32*

DIE XIII. JULII

S. Anacleti, Papae et Martyris

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.

Oratio. Deus, qui nos. pag. 12*

Ad Laudes, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XIV. JULII

In Festo S. Bonaventurae

Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*

Ad Magnificat, Ant. O Doctor... beáte Bonaventúra. pag. 28*

Oratio. Deus, qui pópulo. pag. 29*

DIE XV. JULII

In Festo S. Henrici

Imperatoris et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Henrícum, Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulísti: ꝫ te súpplices exorámus; * ut sicut illum grátiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras sæculi superáre fecísti, ꝫ ita nos fácias, ejus imitatióne, mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus perveníre. Per Dóminum.


DIE XVI. JULII

In Festo S. P. N. Stephani

Tertii Abbatis Cistercii

Serm. maj. cum Octava

AD VESPERAS



1. Ant. j. T. Psalmi de Dominica.

-STE Sanctus digne in memó-ri-am vérti-tur hóminum, qui ad gáudi-um tránsi-it Ange-ló-rum, qui-a in hac pe-regrina-ti-ó-ne so-lo córpo-re consti-tú-tus, cogi-ta-ti-óne, et avidi-tá-te in il-la æ-térna pátri-a, conversá-tus est E u o u a e.

2. Ant. iv. T.



USTUM dedú-xit Dóminus per vi-as re-

ctas, et o
illi sci-
in la-bó-
E u o u
3. Ant. j. T. A -MÁ
um: sto-l
tas paradí
4. Ant. iv. T. S ERVE
ca fu-ísti
intra in g

ctas, et osténdit illi re-gnum De - i, et de-dit illi sci - énti - am Sanctó-rum : honestá-vit illum in la - bó - ribus, et complé - vit labó-res il - lí - us.

E u o u a e.

3. Ant. j. T.

A - MÁVIT e - um Dómi-nus, et orná-vit e-um : sto-lam gló-ri - æ índu - it e - um, et ad portas paradí - si co-ronávit e-um. E u o u a e.

4. Ant. iv. T.

SERVE bo-ne, et fi-dé-lis, qui - a super pauca fu - ísti fi-dé-lis, supra mul-ta te constí-tu-am, intra in gáudi - um Dó-mini tu - i. E u o u a e.

Capitulum. Eccli. 45.

Diléctus Deo et homínibus: ꝛ cujus memória in benedictióne est * Símilem illum fecit in glória Sanctórum.

Responsorium. O beáti viri Stéphani. pag. 365.

Hymnus. Iste Conféssor. in quo dicitur: Hac die... suprémos.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Stéphane

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat.

Ant. iv. T. I-ste cognóvit ju-stí-ti-am, et vi-dit mira-bí-li-a magna, et exo-rá-vit Altíssimum, et in-vén-tus est in núme-ro Sanctó-rum. Eu o u a e.

Oratio.

Excita, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Stéphanus, Abbas, servívit: * ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, ꝛ et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

AD LAUDES

Ant. Collaudábunt. pag. 29* Psalmi de Festis.

Capitulum. Diléctus Deo. ut supra. ℟. breve. Justum dedúxit. pag. 32* Hymnus. Jesu, coróna célsior.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Stéphane.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Ant. Similábo eum. pag. 33*

Oratio. Excita, Dómine. ut supra.

AD PRIMAM

Ant. Cognóvit eum. pag. 29*

AD TERTIAM

Ant. Justum dedúxit. pag. 426.

Capitulum. Diléctus Deo. ut supra.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.

℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

AD SEXTAM

Ant. Justus cor suum. pag. 34*

Capitulum. Sap. 10.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, ☩ et dedit illi sciéntiam Sanctórum: * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.

℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

AD NONAM

Ant. Serve bone. pag. 427.

Capitulum. Eccli. 39.

Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

IN II. VESPERIS

Ant. et Psalmi de Communi, pag. 29* Capitulum. Diléctus Deo. pag. 428. ℟. breve. Os justi. pag. 31* Hymnus. Iste Conféssor.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Stéphane.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Ant. Iste Sanctus. pag. 34* Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

Et fit Commemoratio de sequenti, et de S. Alexio, ut infra.

Privatis Diebus infra Octavam S. P. N. Stephani

Omnia ut in die præter psalmos feriales ad Laudes et Vesperas.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam

Ad Vesperas, Psalmi de Sabbato, Ant. ut in ij. Vesperis Festi, Capitulum et cetera de sequenti Dominica, cum Commem. Octavæ, Ant. Iste cognóvit. pag. 31*

℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

Dominica
infra Octavam S. P. N. Stephani

Omnia fiunt de Dominica occurrente, cum Commem. Octavæ.

Ad Laudes, Ant. Similábo eum. pag. 33* ℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

Ad Vesperas, Ant. Iste Sanctus. pag. 34* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XVII. JULII

In Festo Commemorationis B. M. V. de Monte Carmelo

MM. maj.

In ij. Vesperis S. Stephani fit Comm. sequentis, Ant. Sancta María. pag. 54* ℣. Dignáre me laudáre te.

Oratio.

Deus, qui beatíssimæ semper Vírginis, et Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli Ordinem decorásti: ꝰ concéde propítius; * ut, cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus offício, ꝰ ejus muníti præsídiis ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Qui vivis et regnas.

Deinde Commem. S. Alexii, Conf., Ant. Iste cognóvit. pag. 31* ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Aléxii, Confessóris tui, ánnua solemnitáte lætíficas: ꝰ concéde propítius; * ut, cujus natalítia cólimus, ꝰ étiam actiónes imitémur. * Per Dóminum.

AD LAUDES

Ad Benedictus, Ant. v. T.

CAPUT tu-um ut Carmé-lus, et comæ cá-pi-tis tu-i sicut púr-pura re-gis vincta ca-ná-libus, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui beatíssimæ. ut supra.
Et fit Commem. Octavæ S. Stephani, Ant. Similábo eum. pag. 33*
℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.
Deinde Commem. S. Alexii, Ant. Iste Sanctus. pag. 34*
℣. et Oratio, ut supra.

IN II. VESPERIS

Ad Magnificat.

Ant. j. T.



LÓRI - A Líbani da-ta est e - i, decor Car-mé-li et Sa-ron, alle-lú-ia. E u o u a e.

Et fit Comm. de Octava S. Stephani, Ant. Iste Sanctus. pag. 34* ℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.
Deinde fit Commem. de sequenti, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. et Oratio, ut infra.

DIE XVIII. JULII

S. Symphorosae cum Septem Filiis Martyribus

Commemoratio.

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. Justi in perpétuum.

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósæ et Filiórum ejus natalítia cólere: ☩ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. * Per Dóminum.

DIE XX. JULII

S. Margaritae, Virginis et Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Veni, sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est.
Oratio. Indulgéntiam. pag. 38*
Ad Laudes, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXI. JULII

S. Praxedis, Virginis

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Veni, sponsa Christi. pag 37* ℣. Diffúsa est.
Oratio. Exáudi nos. pag. 38*
Ad Laudes, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXII. JULII

In Festo S. Mariae Magdalenae

MM. maj.

AD VESPERAS

1. Ant. viij. T. Psalm. 109.


ARDENS est cor me - um, desíde-ro
vidé-re Dóminum me-um, quæ-ro, et
non invéni - o ubi posu-é-runt e-um, alle-
lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. v. T. Psalm. 112.

ALLELÚ - IA, quem quæris, mú-li-er, alle-
lú-ia, vivéntem cum mórtu-is? alle-lú-ia, alle-
lú-ia. E u o u a e.

3. Ant. v. T. Psalm. 121.

ALLELÚ - IA, no-li fle-re, Ma-rí-a, alle-




lú-ia, resurréxit Dóminus, alle-lú-ia, alle - lú-ia.

E u o u a e.

4. Ant. vij. T.
Psalm. 126.

VENIT Ma-rí-a núnti-ans discípu-lis, qui - a



vidi Dómi-num, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. Prov. 31.

Mulíerem fortem quis invéniet? ꝯ procul, et de últimis fínibus prétium ejus.

℟. breve. Spécie tua. pag. 37* Hymnus. Pater supérni lúminis.


℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.


Ad Benedictus.

Ant. vij. T.

MARÍ - A stabat ad monuméntum plo-rans, vi-



dit Ange-los in albis, sedéntes, et sudá-ri-um quod



fú-e-rat super caput Je-su, alle-lú-ia. Eu o u a e.

Oratio.

Beátæ Maríæ Magdalénæ, quæsumus, Dómine, suffrágiis adjuvémur: * cujus précibus exorátus, ꝯ quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis et regnas.

Et fit Comm. Oct. S. Stephani, Ant. Iste Sanctus. pag. 34* (vel, si fuerit Sabbatum, Ant. Iste cognóvit. pag. 31*)

℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

AD LAUDES

Ant. Ardens est. pag. 432. Capitulum. Mulíerem fortem. pag. 433.
℟. breve. Adjuvábit eam. pag. 38* Hymnus. Ætérni Patris Unice.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

SURGENS Jesus mane prima Sábba-ti, appáru-it primo Ma-rí-æ Magda-lé-næ, de qua e-jéce-rat septem dæmóni-a, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Beátæ Maríæ Magdalénæ. pag. 433.
Et fit Comm. Octavæ S. Stephani, Ant. Similábo. pag. 33*
℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

AD PRIMAM

Ant. Allelúia. pag. 432.

AD TERTIAM

Ant. Allelúia. pag. 432. Capitulum. Mulíerem fortem. pag. 433.
℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

AD SEXTAM

Ant. vj. T.

MARÍ-A ergo unxit pe-des Jesu, et extérsit capíllis su-is, et domus implé-ta est ex odó-re unguénti. E u o u a e.

Capitulum. Prov. 31.

Manum suam apéruit inopi, ☩ et palmas suas exténdit ad páuperem. * Non timébit domui suæ a frigóribus nivis.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

AD NONAM

Ant. Venit María. pag. 433.

Capitulum. Prov. 31.

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: ☩ tu supergréssa es univérsas. * Fallax grátia, et vana est pulchritúdo: ☩ múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

℣. Elégit eam Dóminus.

℟. In hæreditátem sibi.


IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 432. præter sequentia.


Ad Magnificat.

Ant. 7. T.







TULÉ-RUNT Dóminum me-um, et nésci-o



ubi posu-é-runt e-um: si tu sustu-lísti e-um,



díci-to mihi, allelú-ia: et ego e-um tollam alle-



lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Beátæ Maríæ Magdalénæ. pag. 433.

Deinde fit Comm. diei Octavæ S. Stephani, Ant, Iste cognóvit. pag. 31*

℣. Ora pro nobis. Oratio. Excita, Dómine. pag. 428.

Et postea S. Apollinaris, Episcopi et Martyris, Ant. Beátus vir. pag. 11*

℣. Justus germinábit.

Oratio.

Deus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris, Sacerdótis tui, martyrio consecrásti : ꝟ tríbue nobis, quæsumus, fámulis tuis ; * ut, cujus venerándam celebrámus festivitátem, ꝟ précibus ejus indulgéntiam consequámur. * Per Dóminum.

DIE XXIII. JULII

In Octava S. P. N. Stephani

xij. Lect. et M.

AD LAUDES et HORAS omnia ut in die, pag. 428.

IN LAUDIBUS

Fit Comm. S. Apollinaris, Ant. Qui vult venire. pag. 13*
℣. et Oratio, ut supra.

IN II. VESPERIS

Fit Comm. sequentis, Ant. Iste cognóvit. pag. 31*
℣. Amávit eum. Oratio. Deus, qui per beátum. ut infra.
Postea S. Christinæ, Virginis et Martyris, Ant. Veni, sponsa Christi. pag. 37* ℣. Diffúsa est.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beáta Christína, Virgo et Martyr, implóret : * quæ tibi grata semper éxtitit, et mérito castitátis, ꝟ et tuæ professióne virtútis. * Per Dóminum.

DIE XXIV. JULII

In Festo B. Balduini

Abbatis et Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
In Hymno dicitur : Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui per beátum Balduínum, Abbátem, Ecclésiam tuam mirabíliter illustráre dignátus es : * concéde nobis fámulis tuis ; ꝟ ut, quem Patrónum venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

IN LAUDIBUS

Fit Commem. Vigiliæ S. Jacobi, Apostoli, Ant. et ℣. de Feria.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus : * ut beáti Jacóbi, Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas, ꝟ et devotiónem nobis áugeat, et salútem. *
Deinde Commemoratio S. Christinæ, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXV. JULII

In Festo S. Jacobi, Apostoli

MM. maj.

Omnia de Communi, pag. 1*

Oratio.

Esto, Dómine, plebi tuæ sanctificátor et custos: * ut Apóstoli tui Jacóbi munita præsídiis et conversatióne tibi pláceat, ☧ et secúra mente desérviat. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Christophori, Martyris, Ant. Beátus vir, pag. 11* ℣. Justus germinábit.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui beáti Christóphori, Mártyris tui, natalítia cólimus, ☧ intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. * Per Dóminum.

IN LAUDIBUS

Pro Commemoratione S. Christophori, Ant. Qui vult veníre, pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

IN II. VESPERIS

Fit tantum Comm. S. Annæ, nisi transferatur, Ant. Gaude, mater, ut infra. ℣. Diffúsa est. Oratio. Deus, qui beátæ Annæ, ut infra.

DIE XXVI. JULII

In Festo S. Annae, Matris B. M. V.

MM. maj.

AD VESPERAS

Psalmi, Ant. Capitulum et ℟. breve de Communi nec Virg. nec Mart. pag. 42* Hymnus. Orbis exúltans.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat. Ant. ij. T.

GAUDE, ma - ter ma - gnæ pro-lis, ex te enim procéssit rúti-lans stel - la sum-mi so-lis.

E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis Unigéniti Fílii tui Mater éffici mererétur, ꝣ concéde propítius; * ut, cujus solémnia celebrámus, ꝣ ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Dum esset Rex. pag. 42* Psalmi de Festis.

Capitulum. Mulíerem fortem. pag. 43* ℟. breve. Adjuvábit eam. pag. 39* Hymnus. Claræ diéi gáudiis. ℣. Diffúsa est.

Ad Benedictus.

Ant. iij. T.

Cœ-léste bene-fí-ci-um intro-í-vit in Annam, de qua na-ta est no-bis pi-a Vir-go Ma-rí-a. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui beátæ Annæ. ut supra.

Ad Horas omnia de Communi, pag. 44* præter Orationem.

IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. Capitulum, ℟. breve de Communi, pag. 42* Hymnus. Orbis exúltans. ℣. Diffúsa est.

Ad Magnificat.

Ant. iv. T.

Jucundáre génitrix Ma-rí-æ, quæ Virgo De-um pé-pe-rit, et Ma-ter est Messí-æ. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui beátæ Annæ. ut supra.

Et fit Commemoratio de sequenti, Ant. Iste cognóvit. pag. 31* ℣. Amávit eum. Oratio. Deus, qui sanctum Camíllum. ut infra.

Deinde fit Commem. S. Pantaleonis, Martyris, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: * ut, intercedénte beáto Pantaleóne, Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, ℥ et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. * Per Dóminum.

DIE XXVII. JULII

In Festo S. Camilli de Lellis, Conf.

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui sanctum Camíllum ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium singulári charitátis prærogatíva decorásti: * ejus, quæsumus, méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde; ℥ ut in hora éxitus nostri hostem víncere, et ad cœléstem mereámur corónam perveníre. Per Dóminum.

IN LAUDIBUS

Fit Commemoratio S. Pantaleonis, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXVIII. JULII

In Festo S. Vincentii a Paulo, Conf.

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui ad evangelizándum paupéribus, et Ecclesiástici Ordinis decórem promovéndum, ℥ beátum Vincéntium Apostólica virtúte roborásti: * præsta, quæsumus; ut, cujus pia mérita venerámur, ℥ virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

Et fit Commem. SS. Nazarii et Sociorum, Mart., Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Sanctórum tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat: ℥ et fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. *

IN LAUDIBUS

Fit Comm. SS. Nazarii et Sociorum, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXIX. JULII

In Festo S. Marthae, Virginis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 36*

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: * ut, sicut de beátæ Marthæ, Vírginis tuæ, festivitáte gaudémus: ☧ ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Et fit Comm. SS. Felicis et Sociorum, Mart., Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Dómine: * ut, sicut pópulus Christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet; ☧ ita perfruátur ætérna; * et, quod votis célebrat, ☧ comprehéndat efféctu *

IN LAUDIBUS

Fit Commemoratio SS. Felicis et Sociorum, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXX. JULII

In Festo S. Hieronymi Aemiliani Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29* In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, misericordiárum Pater: ☧ per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti: * concéde; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur et sumus, ☧ fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

Et fit Comm. SS. Abdon et Sennen, Martyrum, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi, copiósum munus grátiæ contulísti: ☧ da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; * ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ☧ ab ómnibus mereámur adversitátibus liberári. *

IN LAUDIBUS

Fit Commemoratio SS. Abdon et Sennen, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XXXI. JULII

In Festo S. Ignatii, Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ☧ quas in beáti Ignátii, Confessóris tui, solemnitáte deférimus : * ut, qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ☧ ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Et fit Comm. S. Germani, Episc. et Conf., Ant. Sacérdos et Póntifex. pag. 24* ℣. Justum dedúxit.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus; * ut beáti Germáni, Confessóris tui atque Pontíficis, veneránda solémnitas, ☧ et devotiónem nobis áugeat, et salútem. *

IN LAUDIBUS

Comm. S Germani, Ant. Euge serve bone. pag 26* ℣. et Oratio, ut supra.

FESTA AUGUSTI

DIE I. AUGUSTI


In Festo S. Petri ad Vincula

xij. Lect. et M.

AD VESPERAS


1. Ant. viij. T. Psalmi de Dominica.

HERÓDES rex appósu-it ut apprehénde-ret
et Petrum : quem cum apprehendísset, mi-sit
in cárce-rem, vo-lens post Pa-scha prodúcere




e-um pópu-lo. E u o u a e.


2. Ant.
j. T.



Petrus qui-dem serva-bá-tur in cárce-re,




o-rá-ti-o autem fi-é-bat sine intermissi-óne




ab Ecclési-a ad De-um pro e-o. Eu o u a e.

3. Ant.
8. T.




Dixit Ange-lus ad Petrum: Circúmda tibi




vestiméntum tu-um, et sé-que-re me. Eu o u a e.

4. Ant.
7. T.



Tu es Petrus, et super hanc petram ædi-



ficábo Ecclési-am me-am. E u o u a e.

Capitulum. Act. 12.

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. ☩ Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judæis, ☩ appósuit ut apprehénderet et Petrum.

℟. breve. In omnem terram. pag. 2*

Hymnus. Petrus beátus.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magníficat, Ant. Tu es Pastor óvium, pag. 402.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illæsum abire fecísti: * nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum, † et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio S. Pauli, Ant. Sancte Paule. pag. 307.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole. †

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo. †

Oratio.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: † da nobis, quæsumus; * ut, cujus commemoratiónem cólimus, † ejus apud te patrocínia sentiámus. *

Postea SS. Martyrum Machabæorum, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: * quæ et fídei nostræ præbeat increménta virtútum, † et multíplici nos suffrágio consolétur. * Per Dóminum.

Et non fiunt Commemorationes communes.

AD LAUDES

Ant. Heródes rex. pag. 441. Psalmi de Festis.

Capitulum. Misit Heródes. ut supra. ℟. breve. Constítues eos. pag. 3* Hymnus. Jam bone pastor.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Benedictus, Ant. Quodcúmque. pag. 403.

Oratio. Deus, qui beátum. ut supra.

Deinde fit Commemoratio S. Pauli, Ant. Sancte Paule. pag. 307. ℣. et Oratio, ut supra.

Postea SS. Martyrum Machabæorum tantum, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

AD PRIMAM

Ant. Petrus quidem. pag. 442.

AD TERTIAM

Ant. Dixit Angelus. pag. 442.

Capitulum. Misit Heródes. ibidem.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.


℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

AD SEXTAM

Ant. 7. T.



ISIT Dóminus Ange-lum su-um, et libe-



Capitulum. Act. 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. * Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

AD NONAM

Ant. Tu es Petrus. pag. 442.

Capitulum. Act. 12.

Et Petrus ad se revérsus, dixit: ☩ Nunc scio vere quia misit Dóminus Angelum suum, * et erípuit me de manu Heródis, et de omni expectatióne plebis Judæórum.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.


℟. Et facta ejus intellexérunt.


IN II. VESPERIS


Psalmi de ij. Vesperis Apostolorum. (109. 112. 115. 125.)

Ant. Capitulum, ℟. breve, Hymnus et ℣. ut in j. Vesperis, pag. 441.

Ad Magnificat.








Deinde fit Commemoratio S. Pauli, Ant. Sancte Paule. pag. 307.
℣. et Oratio, ut supra.

Et sequentis, Ant. O Doctor... beáte Alphónse María. pag. 28*
℣. Justum dedúxit. Oratio. Deus, qui per beátum. ut infra.

Deinde fit Comm. S. Stephani, Papæ et Martyris, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Stéphani, Mártyris tui atque Pontíficis, ánnua solemnitáte lætíficas: ☩ concéde propítius; * ut, cujus natalítia cólimus, ☩ de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. * Per Dóminum.



DIE II. AUGUSTI

In Festo S. Alphonsi Mariae de Ligorio

Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 23*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui per beátum Alphónsum Maríam, Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: * quæsumus, et ejus salutáribus mónitis edócti, et exémplis roboráti, ☧ ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum.

AD LAUDES

Fit Commemoratio S. Stephani, Ant. Qui vult veníre. pag. 13*
℣. et Oratio, ut supra.

DIE III. AUGUSTI

Inventionis S. Stephani


Protomartyris

Commemoratio et M.

AD VESPERAS

Ant. 8. T.

STÉPHANUS autem plenus grá - ti - a et forti-



túdine, faci - é - bat si-gna magna in pópu-lo.

℣. Justus germinábit sicut lílium. ☧
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum. ☧

Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, imitári quod cólimus, ☧ ut discámus et inimícos dilígere: * quia ejus inventiónem celebrámus, ☧ qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. *

AD LAUDES

Ant. viij. T.

P ATE-FÁ-CTÆ sunt jánu-æ cœ-li Christi Márty-ri Stépha - no, qui in núme-ro Márty-rum invéntus est primus, et íd-e - o tri - úm-phat in cœ-lis co-roná-tus, alle-lú-ia.

℣. et Oratio, ut supra.

DIE IV. AUGUSTI

In Festo S. Dominici, Confessoris

xij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*
In Hymno dicitur: Hac die... suprémos.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici, Confessóris tui, illumináre dignátus es méritis et doctrínis: * concéde; ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, ☩ et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

DIE V. AUGUSTI

In Festo B. M. V. ad Nives

MM. maj.

Omnia ut notatur pro Festis Beatæ Mariæ Virginis, pag. 53*
Oratio. Concéde nos fámulos. pag. 54*
In j. Vesperis, Commem. S. Dominici, Ant. Iste Sanctus. pag. 34*
℣. Amávit eum. Oratio. Deus, qui Ecclésiam. ut supra.
Vesperæ de Transfiguratione, cum Commemoratione Festi præcedentis, ut infra.

DIE VI. AUGUSTI

In Festo Transfigurationis
Domini Nostri Jesu Christi

MM. maj.


AD VESPERAS

1. Ant. ij. T. Psalmi de Dominica.

A - s - SÚMPSIT Jesus Petrum, et Jacóbum, et Jo - ánnem fratrem e-jus, et duxit e-os in mon-tem excélsum se - órsum : et transfi-gu-rá-tus est ante e - os. E u o u a e.


2. Ant. iij. T. R e-SPLÉNDU - IT fáci - es e-jus sicut sol : ve-stiménta autem e-jus facta sunt alba sicut nix, alle - lú-ia. E u o u a e.

3. Ant. iv. T. E T ecce appa-ru-é-runt e - is Mó - yses,




et E-lí-as, loquéntes cum Jesu. Eu o u a e.

4. Ant. vj. T.



Adhuc e-o loquénte, ec-ce nu-bes lú-ci-



da ob-umbrávit e-os. E u o u a e.

Capitulum. Philipp. 3.

Salvatórem expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, * qui reformábit corpus humilitátis nostræ, * configurátum córpori claritátis suæ.

℟. breve. Glória et honóre. pag. 11*


Hymnus. Quicúmque Christum quæritis.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.


℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnificat.


Ant. vj. T.




Christus Je-sus splendor Pa - tris,




et fi-gú-ra substán-ti-æ e-jus, portans ó-




mni-a verbo virtú-tis su-æ, purga-ti-ó-



nem pec-ca-tó-rum fá - ci-ens, in mon-te



ex-célso glo-ri-ó-sus appa-ré-re hódi-e



Oratio.

Deus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratione, patrum testimónio roborásti, ☧ et adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti: * concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, ☧ et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commem. præcedentis, Ant. Beátam me dicent. pag. 56* ℣. Dignáre me. Oratio. Concéde nos. pag. 54*

Deinde fit Commemoratio SS. Xysti, Felicissimi et Agapiti, Martyrum, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Xysti, Felicíssimi et Agapíti natalítia cólere: ☧ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.


Ad Hymnum Completorii et Horarum diei, dicitur. Glória tibi, Dómine, qui apparuísti hódie.


AD LAUDES

Ant. Assúmpsit Jesus. pag. 447. Psalmi de Festis
Capitulum. Salvatórem. pag. 448.

℟. br.


LORI - ÓSUS appa-ru - ísti * In conspéctu



Dómini. Glo-ri - ósus. ℣. Proptér-e - a decó-rem ín-


du - it te Dóminus. * In.

Hymnus. Amor Jesu dulcíssime.
℣. Coróna áurea super caput ejus.
℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ et honóris.

Ad Benedictus.

Ant. 7. T.

T ecce vox de nube, dicens: Hic est



Oratio. Deus, qui fídei sacraménta. pag. 449.
Pro Comm. SS. Xysti, etc. Ant. Fulgébunt justi. pag. 20*
℣. et Oratio, ut supra, pag. 449.

AD PRIMAM

Ant. Resplénduit. pag. 447.


AD TERTIAM

Ant. Et ecce. pag. 447. Capitulum. Salvatórem pag. 448.
℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

AD SEXTAM

Ant. v. T.

Respóndens autem Pe-trus, di-xit ad Je-



E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 3.

Nos omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, ☩ in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem, * tamquam a Dómini Spíritu.
℣. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD NONAM

Ant. Adhuc eo loquénte. pag. 448.

Capitulum. Apoc. 21.

Sústulit me in spíritu in montem magnum, et altum, ☩ et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendéntem de cœlo a Deo, habéntem claritátem Dei: * et lucérna ejus est Agnus.
℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 447.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Et audi-éntes discípu-li ce-cidé-runt in fáci-em su-am, et timu-é-runt valde: et accéssit Jesus, et té - tigit e-os, di-xít-que e-is: Súr-gi-te, et no-lí-te timé-re, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui fídei sacraménta. pag. 449.

Et fit Commemoratio sequentis.

Ant. j. T.

Quærite pri-mum regnum De-i, et justí-ti-am e-jus: et hæc ómni-a adjici-éntur vobis.

℣. Amávit eum. Oratio. Deus, qui beáto. ut infra.

Postea S. Donati, Episcopi et Martyris, Ant. Beátus vir. pag. 11*

℣. Justus germinábit.

Oratio.

Deus, tuórum glória Sacerdótum: ☩ præsta, quæsumus: * ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, ☩ sentiámus auxílium. * Per Dóminum.

DIE VII. AUGUSTI

In Festo S. Cajetani Thienaei
Confessoris

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 29*

Oratio.


Deus, qui beáto Cajetáno, Confessóri tuo, Apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : * da nobis, ejus intercessióne et exémplo, in te semper confídere, ☩ et sola cœléstia desideráre. Per Dóminum.

IN LAUDIBUS


Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

NOLÍTE sollíci-ti esse, dicéntes : Quid man-



ducábimus, aut quid bibémus ? Scit enim Pa-ter



vester, quid vobis necésse sit. E u o u a e.

Fit Commem. S. Donati, Ant. Qui vult veníre. pag. 13*
℣. et Oratio, ut supra.

DIE VIII. AUGUSTI

SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi
Martyrum

Commemoratio et M.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyríaci, Largi et Smarágdi solemnitáte lætíficas : ☩ concéde propítius ; * ut, quorum natalítia cólimus : ☩ virtútem quoque passiónis imitémur. *
Et fit Comm. S. Famiani, Confessoris, Ant. Iste cognóvit. pag. 31*
℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui beátum Famiánum, Confessórem tuum, in divérsis natiónum pópulis óperum sanctitáte et miraculórum glória fecísti conspícuum : ★ da nobis, ut ejus in mélius reformémur exémplis, ☧ et inter advérsa protegámur auxíliis. ★

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

Pro S. Famiano, Ant. Similábo eum. pag. 33* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE IX. AUGUSTI

S. Romani, Martyris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Beátus vir. pag. 11* ℣. Justus germinábit.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus : ★ ut, intercedénte beáto Románo, Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, ☧ et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. ★

In Vigilia S. Laurentii

Omnia dicuntur de Feria occurrente.
Oratio ad Laudes et Horas.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris : ★ et intercessióne beáti Lauréntii, Mártyris tui, cujus prævenímus festivitátem, ☧ perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum.

IN LAUDIBUS

Fit Commem. S. Romani, Ant. Qui vult veníre. pag. 13* ℣. et Oratio, ut supra.


DIE X. AUGUSTI

In Festo S. Laurentii, Martyris


MM. maj.

AD VESPERAS

1. Ant. viij. T. Psalmi de Dominica






LAURÉNTI - US bonum opus ope-rá-tus est,



2. Ant. j. T.


L







3. Ant. 3. T.

A









4. Ant. vij. T.

E







Capitulum. 2. Cor. 9.


Fratres: Qui parce séminat, parce et metet: * et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus et metet.


℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi Unius Martyris, pag. 11*













Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Levíta Laurén-ti-us bonum opus o-pe-rá-tus est, qui per signum cru-cis cæcos illumi-návit, et thesáuros Ecclé-si-æ dedit paupé-ri-bus. E u o u a e.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere; ☧ qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.


AD LAUDES

Ant. Lauréntius. pag. 453. Psalmi de Festis.
Capitulum. Fratres: ☧ Qui parce. pag. 454.
℟. breve, Hymnus et ℣. de Communi Unius Martyris, pag. 13*

Ad Benedictus.

Ant. j. T.

In cra-tí-cu-la te De-um non negávi, et ad ignem applicá-tus te Christum confésssum: probásti cor me-um, et vi-si-tá-sti nocte: igne me examinásti, et non est invénta in



me in-íqui-tas. E u o u a e.

Oratio. Da nobis, quæsumus. pag. 455.

AD PRIMAM


Ant. Lauréntius. pag. 454.

AD TERTIAM

Ant. Adhæsit ánima. pag. 454.
Capitulum. Fratres: ☡ Qui parce. ibidem.
℣. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.


AD SEXTAM

Ant.
7. T.






isit Dóminus Ange-lum su-um, et libe-



rávit me de médi-o ignis, et non sum æstu-



á-tus. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 9.

Unusquisque prout destinávit in corde suo, ☡ non ex tristítia, aut ex necessitáte: * hílarem enim datórem díligit Deus.
℣. Posuísti, Dómine, super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM

Ant. Ego me óbtuli. pag. 454.

Capitulum. 2. Cor. 9.

Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis: ☡ ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, sicut scriptum est: * Dispérsit, dedit paupéribus: ☡ justítia ejus manet in sæculum sæculi.
℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.
Vesperæ de Susceptione S. Coronæ, cum Commem. S. Laurentii et SS. Martyrum, ut infra.

DIE XI. AUGUSTI

In Susceptione S. Coronae

MM. maj.

AD VESPERAS

1. Ant. j. T. Psalmi de Dominica.



De torrénte in vi-a bi-bet, proptér-e-a exaltábit caput, et regná-bit indú-tus decó-rem, et forti-túdinem. E u o u a e.

2. Ant. ij. T.




Requi-évit su-per e-um spí-ri-tus timó-ris Dómini, co-róna sapi-énti-æ, et exulta-ti-ó-nis deco-rávit illum. E u o u a e.

3. Ant. 3. T.




Indu-it e-um Dó-minus ve-stiméntis sa-lú-tis, et induménto justí-ti-æ, qua-si spon-




sum deco-rá-tum co-ró-na. E u o u a e.


4. Ant. iv. T.



Rex æ-térnæ gló-ri-æ pro nobis co-ro-ná-



tus, be-nedí-cet co-rónæ anni benigni-tá-tis



su-æ. E u o u a e.


Capitulum. Cant. 3.

Egredímini et vidéte fíliæ Sion regem Salomónem in diadémate, * quo coronávit eum mater sua.


℟. breve. Glória et honóre. pag. 11* Hymnus. Exíte Sion fíliæ.
℣. Plecténtes Corónam de spinis.
℟. Posuérunt super caput ejus.

Ad Magnificat.


Ant. vj. T.




E-GREDÍ-MINI et vidé-te fí-li-æ Si-on



regem Sa-lomó-nem in di-adéma-te, quo co-ro-



ná-vit e-um ma-ter su-a, pa-rans cru-cem



Salva-tó-ri su-o. E u o u a e.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: * ut, qui in memóriam Passiónis Dómini nostri Jesu Christi Corónam ejus spíneam venerámur in terris, ☧ ab ipso glória et honóre coronári mereámur in cœlis. Qui tecum vivit et regnat.

Commemoratio S. Laurentii.

Ant. viij. T.

Beátus Laurén-ti-us, dum in cra-tícu-la superpósi-tus ure-ré-tur, ad impi-íssimum ty-ránnum dixit: Assá-tum est jam, versa, et mandúca: nam facultá-tes Ecclési-æ, quas re-quíris, in cœléstes the-sáuros manus páupe-rum deportavé-runt. E u o u a e.

℣. Justus germinábit. Oratio. Da nobis, quæsumus. pag. 455.
Et SS. Tiburtii et Susannæ, Martyrum, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.


Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii et Susánnæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia: * quia non désinis propítius intuéri, ҁ quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. * Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. De torrénte. pag. 457. Psalmi de Festis.
Capitulum. Egredímini. pag. 458.


℟. br. Tuam Co-rónam * Ado-rámus, Dómine.



Hymnus. Legis figúris píngitur.
℣. Plecténtes Corónam de spinis.
℟. Posuérunt super caput ejus.

Ad Benedictus.

Ant. iij. T.



Oratio. Præsta, quæsumus. pag. 458.
Et fit Commem. SS. Tiburtii et Susannæ, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. Justi in perpétuum vivent.
Oratio. Sanctórum Mártyrum. pag. 459.

AD PRIMAM


Ant. Requiévit. pag. 457.

AD TERTIAM

Ant. Induit. pag. 457. Capitulum. Egredímini. pag. 458.
℣. Glória et honóre coronásti eum.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM

Ant. ij. T.



Capitulum. Apoc. 6.

Vidi: et ecce equus albus, ☩ et qui sedébat super illum habébat arcum, * et data est ei coróna, ☩ et exívit vincens ut vínceret.
℣. Posuísti in cápite ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

AD NONAM

Ant. Rex ætérnæ glóriæ. pag. 458.

Capitulum. Isaiæ 28.

In illa die erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ, * et sertum exultatiónis resíduo pópuli sui.
℣. Coróna áurea super caput ejus.
℟. Expréssa signo sanctitátis.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 457.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Et ge-nu flexo ante e-um, illudé-bant e-i, dicéntes: Ave Rex Judæ-ó-rum: et expu-éntes in e-um accepé-runt a-rúndinem, et percu-ti-ébant caput e-jus. E u o u a e.

Oratio. Præsta, quæsumus, ut supra, pag. 458.
Et fit Commemoratio S. Claræ, Ant. Veni, sponsa. pag. 37*
℣. Diffúsa est grátia. Oratio. Exáudi nos. ut infra.

DIE XII. AUGUSTI

In Festo S. Clarae, Virginis

iij. Lect. et M.

Omnia de Communi, pag. 36*
Oratio. Exáudi. pag. 38*

DIE XIII. AUGUSTI

SS. Hippolyti et Cassiani, Martyrum

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Isti sunt Sancti. pag. 19* ℣. Justi in perpétuum vivent.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: * ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti et Cassiáni veneránda solémnitas, ☩ et devotiónem nobis áugeat, et salútem. *

Ad Laudes, Ant. Fulgébunt justi. pag. 20* ℣. et Oratio, ut supra.

DIE XIV. AUGUSTI

S. Eusebii, Confessoris

Commemoratio.

Ad Vesperas, Ant. Iste cognóvit. pag. 31* ℣. Amávit eum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Eusébii, Confessóris tui, ánnua solemnitáte lætíficas: ☩ concéde propítius; * ut, cujus natalítia cólimus, ☩ per ejus ad te exémpla gradiámur. *

In Vigilia Assumptionis B. M. V.

De Feria occurrente, ut in Psalterio.
Oratio, ad Laudes et Horas.

Deus, qui virginálem aulam beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es: * da, quæsumus; ut sua nos defensióne munítos, ☩ jucúndos fácias suæ interésse festivitáti. Qui vivis et regnas.


IN LAUDIBUS


Omittitur Commemoratio communis de B. Maria; sed fit Comm. de S. Eusebio, Ant. Similábo eum. pag. 33* ℣. et Oratio, ut supra.


¶ Si Festum Assumptionis B. Mariæ venerit Feria ij. tunc in Sabbato præcedenti Officium fiet de Vigilia, cum Commemoratione SS. Hippolyti et Cassiani in Laudibus, et S. Eusebii in Dominica.



















DIE XV. AUGUSTI

IN FESTO

Assumptionis B. M. V.

Ordinis Patronae

Serm. maj. cum Octava

AD VESPERAS

1. Ant. vij. T. Psalm. 109.



SSÚMPTA est Ma-rí-a in cœlum, gaudent Ange-li, laudántes be-nedícunt Dóminum. E u o u a e.

2. Ant. viij. T. Psalm. 112.



ÓDI-E Ma-rí-a Virgo cœlos a-scéndit: gaudé-te, qui-a cum Christo regnat in ætér-num. E u o u a e.

3. Ant. viij. T. Psalm. 121.



ARÍ-A Vir-go assúmpta est ad æthé-re-

um thá-lamum, in quo Rex regum stellá-to se-det só-li-o. E u o u a e

4. Ant. vij. T. Psalm. 126.

Paradísi portæ per te nobis apér-tæ sunt, quæ hódi-e glo-ri-ó-sa cum Ange-lis tri-um-phas. E u o u a e.

Capitulum. Eccli. 24.

In ómnibus réquiem quæsívi, ☧ et in hæreditáte Dómini morábor. * Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium: ☧ et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

ohne Orgel

Responsorium.

vj. T.

Beáta es, Virgo Ma-rí - a, De-i Géni - trix, quæ credidí - sti Dómi-no: perfé-cta sunt in te quæ dicta sunt ti - bi: ecce exaltá-ta es super cho-

ros Ange - ló - rum: * Intercéde pro no-

bis ad Dóminum De - um no - strum.

℣. Ave Ma-rí - a, grá - ti - a ple - na: Dó-

mi - nus te - cum: * Intercéde.

Hymnus. O quam glorífica.
℣. Speciósa facta es, et suávis.
℟. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Ad Magnificat.

Ant. vj. T. A - SCÉNDIT Christus super cœlos, et præ-

pará-vit su-æ castíssimæ Ma-tri immorta - li-

tá - tis lo - cum; et hæc est illa præ-

clá-ra festívi-tas ómni - um Sanctó-rum fe-

stivi-tá-tibus incompa-rábi-lis, in qua glo - ri-

ósa et fe - lix, mi - rán - tibus cœléstis cú - ri - æ

ordínibus, ad æthé - re - um pervénit thá - la -

mum, quo pi - a su - i mémo - rum

ímmemor nequá - quam e - xístat. E u o u a e.

Oratio.

Famulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delíctis ignósce: * ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, ☧ Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

AD LAUDES

Ant. Assúmpta est. pag. 463. Psalmi de Festis.

Capitulum. In ómnibus réquiem. pag. 464. ℟. breve. Ave María. pag. 55* Hymnus. O gloriósa Dómina.

℣. Speciósa facta es, et suávis.

℟. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Ad Benedictus.

Ant. 1. T.

QUÆ est i - sta, quæ ascéndit sicut

auró - ra consúrgens, pulchra ut lu - na, e - lé -

cta ut sol, ter - ríbi - lis ut castró - rum áci - es

ordi - ná - ta? E u o u a e.

Oratio. Famulórum tuórum, ut supra.

AD PRIMAM

Ant. Hódie pag. 463.

AD TERTIAM


Ant. María Virgo. pag. 463. Capitulum. In ómnibus. pag. 464.
℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cœléstia regna.

AD SEXTAM


Ant. 7. T.



E XALTÁTA est sancta De-i Génitrix su-



per cho-ros Ange-ló-rum ad cœlé-sti-a regna.



E u o u a e.

Capitulum. Eccli. 24.

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, ☩ et in Jerúsalem potéstas mea. * Et radicávi in pópulo honorificáto, ☩ et in parte Dei mei hæréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.
℣. Assúmpta est María in cœlum, gaudent Angeli.
℟. Laudántes benedícunt Dóminum.

AD NONAM

Ant. Paradísi portæ. pag. 464.


Capitulum. Eccli. 24.

In platéis sicut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odórem dedi: * quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.
℣. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum.
℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.


IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. et Capitulum, ut supra in j. Vesperis, pag. 463.


℟. br.



E XALTÁTA est * Sancta De-i Génitrix.



Exaltá-ta. ℣. Super cho-ros Ange-ló-rum ad cœ-




lésti - a regna. * Sancta.


Hymnus. O quam glorífica.
℣. Speciósa facta es, et suávis.
℟. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Ad Magnificat.


Ant. iv. T.




TOTA pulchra es, amí-ca me - a, et má-



cu-la non est in te : fa - vus distíllans lá - bi - a




tu - a, mel et lac sub lingua tu - a, o - dor



unguentó-rum tu - ó-rum super ómni - a a-ró-




ma-ta : jam enim hi - ems tránsi - it, imber áb - i - it,




et recés - sit, flo - res appa-ru - é - runt, víne-æ flo-



réntes odó-rem dedé-runt, et vox túrtu-ris audí-



ta



a-m



ro -

Orat

Et fi


Priva

AD

sequen

Ant.
viij. T.

B




pé-tu



ri-tu



Dóm



pu - l



devó

ta est in ter-ra nostra: sur-ge, própe-ra

a-mí-ca me-a, ve-ni de Lí-bano, veni, co-

ro-ná-be-ris. E u o u a e.

Oratio. Famulórum tuórum. pag. 466.

Et fit Commemoratio S. Hyacinthi, ut infra.

Privatis Diebus infra Octavam Assumptionis B. M. V.

AD LAUDES. Psalmi de Feria, reliqua ut in Festo, præter Ant. sequentem:

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

Beáta Dei Génitrix Marí-a, Virgo per-

pé-tu-a, templum Dómi-ni, sacrá-ri-um Spí-

ri-tus sancti, so-la sine exém-plo placu-í-sti

Dómino nostro Je-su Christo: o-ra pro pó-

pu-lo, intérve-ni pro cle-ro, intercéde pro

devó-to fœmí-ne-o sexu. E u o u a e.

AD HORAS, omnia ut in Festo.

AD VESPERAS. Psalmi de Feria, reliqua ut in ij. Vesperis Festi præter sequentem Ant.:

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

PARA-DÍ-SI porta per Evam cunctis clau-sa est, et per Ma-rí-am Vírginem í-te-rum pa-te-fácta est, alle-lú-ia. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam infra Octavam Assumptionis B. M. V.

Ad Vesperas, Psalmi de Sabbato, Ant. ut in die, pag. 463. Capitulum etc. de Dominica, quæ occurrit, ut in Proprio de Tempore.

Et fit Commem. Octavæ Assumptionis. Ant. Ascéndit Christus. pag. 465. ℣. Speciósa. Oratio. Famulórum tuórum. pag. 466.

Dominica
infra Octavam Assumptionis B. M. V.

Omnia de Dominica occurrente, cum Commem. Octavæ.

Ad Laudes, Ant. Quæ est ista. pag. 466. ℣. Speciósa. Oratio. Famulórum tuórum. pag. 466.

℟. br. **O**s justi medi-tábi-tur sapi - énti - am, * Alle-lú - ia, alle-lú - ia. Os. ℣. Et lingua e-jus lo-qué-tur judí-ci - um. * Alle - lú - ia.

Hymnus. Iste Conféssor.
℣. Amávit eum Dominus, et ornávit eum. (Allelúia.)
℟. Stolam glóriæ índuit eum. (Allelúia.)
Si vero addenda sit alia Commemoratio, dicitur pro ea.
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℥ (Allelúia. ℥)
℟. Et lingua ejus loquétur judícium. ℥ (Allelúia. ℥)

Ad Magnificat.

Ant. iv. T. **I**-STE co-gnóvit ju-stí-ti-am, et vi-dit mi-ra-bí-li - a magna, et exo-rá-vit Altíssimum, et in-vén-tus est in núme - ro Sanctó-rum. E u o u a e.

Tempore Paschali.



Pro Doctoribus in utrisque Vesperis ad Magnificat, Ant. O Doctor óptime. pag. 28*

Oratio.

Deus, qui nos beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : ꝣ concéde propítius ; * ut, cujus natalítia cólimus, ꝣ étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ꝣ quas in beáti N. Confessóris tui solemnitáte deférimus : * ut, qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ꝣ ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.


SI FUERIT ABBAS

Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti N. Abbátis commméndet : * ut, quod nostris méritis non valémus, ꝣ ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Collaudábunt multi. pag. 29* Psalmi de Festis.
Capitulum. Beátus vir. pag. 30*



Tempore Paschali.

℟. br. JUSTUM dedúxit Dóminus per vi-as rectas, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Justum. ℣. Et osténdit illi regnum De-i. * Alle-lú-ia.

Hymnus. Jesu, coróna célsior.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (Allelúia.)

℟. Stolam glóriæ índuit eum. (Allelúia.)

Ad Benedictus.

Ant. j. T. SIMILÁBO e-um vi-ro sa-pi-énti, qui ædi-fi-cávit domum su-am supra petram. E u o u a e.

Tempore Paschali.

Ant. vij. T. QUI manet in me: et e-go in e-o, hic fert fructum multum, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio conveniens.


AD PRIMAM

Ant. Cognóvit, pag. 29*

AD TERTIAM

Ant. Justum dedúxit, pag. 30*
Capitulum. Beátus vir, pag. 30*
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. (Allelúia.)
℟. Et lingua ejus loquétur judícium. (Allelúia.)

AD SEXTAM



Capitulum. Sap. 10.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, ☩ et dedit illi sciéntiam Sanctórum: * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.
℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. (Allelúia.)
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. Serve bone, pag. 30*


Capitulum. Eccli. 39.

Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.
℣. Justus ut palma florébit. (Allelúia.)
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. (Allelúia.)

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 29*

Ad Magnificat.



ti-tur hóminum, qui ad gáudi-um tránsi-it

Ange-ló-rum, qui-a in hac pe-regrina-ti-ó-ne

so-lo córpo-re consti-tú-tus, cogi-ta-ti-óne, et

avidi-tá-te in il-la æ-térna pátri-a, conver-sá-

tus est. E u o u a e.

Tempore Paschali.

Ant. viij. T.

Hic vir despíci-ens mundum et terréna

tri-úmphans, diví-ti-as cœ-lo cóndidit o-re,

manu, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio conveniens.

Si occurrat celebrari Festum plurimorum Confessorum non Pontificum, Officium fit ut supra; sed in Oratione, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

Commune Virginum

AD VESPERAS

1. Ant. j. T. Psalmus. 109.

Hæc est Virgo sápi - ens, et una de nú-me-ro pru-déntum. E u o u a e.

2. Ant. j. T. Psalm. 112.

Hæc est Virgo sápi - ens, quam Dómi-nus vigi - lántem invénit. E u o u a e.

3. Ant. viij. T. Psalm. 121.

Invénta bona marga-rí-ta, de-dit ómni - a su - a, et compa-rávit e - am. E u o u a e.

4. Ant. j. T. Psalm. 126.

Tunc surrexé-runt omnes Vírgines il-læ, et ornavé-runt lámpades su-as. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 10.

Fratres: ☧ Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. * Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat.

℟. br.

Spéci - e tu - a, * Et pulchri-túdine tu - a.
Spé-ci - e. ℣. Inténde, próspe-re procéde, et re-
gna. * Et.

Tempore Paschali.

℟. br.

Spéci - e tu - a, et pulchri-túdine tu - a,
* Alle - lú - ia, alle-lú - ia. Spéci - e. ℣. Inténde, pró-
spe-re procéde, et regna. * Alle - lú - ia.

Hymnus. Jesu, coróna Virginum.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum (Allelúia.)
Si vero addenda sit alia Commemoratio, dicitur pro ea.
℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua. ℨ (Allelúia. ℨ)
℟. Inténde, próspere procéde, et regna. ℨ (Allelúia. ℨ)

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.

Veni, sponsa Christi, áccipe co - rónam,
quam tibi Dóminus præpa-rávit in ætérnum.
(Alle-lú - ia, alle-lú - ia.) E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: ☡ concéde propítius; * ut, qui beátæ N. Vírginis et Mártyris tuæ, natalítia cólimus, ☡ per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Indulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beáta N. Virgo et Martyr implóret: * quæ tibi grata semper éxtitit, et mérito castitátis, ☡ et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

PRO VIRGINE NON MARTYRE

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: * ut, sicut de beátæ N. Vírginis tuæ festivitáte gaudémus: ☡ ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, in utrisque Vesperis et Laudibus.

℣. Adducéntur Regi Vírgines post eam. (Allelúia.)
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. (Allelúia.)

Ad Magnificat et ad Benedictus.

Ant. vij. T.

PRUDÉNTES Vírgines, aptá-te vestras lámpa-des: ecce sponsus ve-nit, exí-te óbvi - am e - i. (Alle-lú - ia.) E u o u a e.

Oratio.


Da nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: * ut, quas digna mente non póssumus celebráre, ☡ humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Hæc est Virgo... et una. pag. 36* Psalmi de Festis.
Capitulum. Fratres: ☡ Qui gloriátur. pag. 36*

℟. br.

ADJUVÁBIT e-am * De - us vultu su - o.



Tempore Paschali.



Hymnus. Jesu, coróna Vírginum.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. (Allelúia.)

Ad Benedictus.



nos in vasa su - a, ma-los au-tem fo - ras mi - sé-runt. (Alle-lú-ia.) E u o u a e.

Oratio conveniens.

AD PRIMAM

Ant. Hæc est Virgo... quam Dóminus. pag. 36*

AD TERTIAM

Ant. Invénta. pag. 36*

Capitulum. Fratres: ☧ Qui gloriátur. pag. 36*

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua. (Allelúia.)

℟. Inténde, próspere procéde, et regna. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. vij. T.



ÉDI - A nocte clamor factus est: Ecce sponsus ve-nit, exí-te óbvi - am e-i. E u o u a e.

Capitulum. 2. Cor. 11.

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. * Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. (Allelúia.)

℟. Deus in médio ejus non commovébitur. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. Tunc surrexérunt. pag. 36*

Capitulum. Eccli. 51.

Dómine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, ☧ et pro morte defluénte deprecáta sum. * Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, ☧ et in témpore superbórum sine adjutório.

℣. Elégit eam Dóminus. (Allelúia.)

℟. In hæreditátem sibi. (Allelúia.)

Si fuerit Virgo, et non Martyr, dicitur ad Nonam sequens

Capitulum. Sap. 4.

O quam pulchra est casta generátio cum claritáte! ☩ immortális est enim memória illíus: * quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.

℣. Elégit eam. ut supra.

IN II. VESPERIS


Psalmi, Ant., Capitulum, ℟. breve, Hymnus et ℣. ut in j. Vesperis. pag. 36*

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.

QUINQUE pru-déntes Vírgi-nes acce-pé-runt ó-le-um in vasis su-is cum lampádibus: mé-di-a autem nocte cla-mor factus est: Ecce sponsus venit, exí-te óbvi-am Christo Dómi-no. (Alle-lú-ia.) E u o u a e.

Si fuerint plures Virgines et Martyres, aut plures Virgines tantum, Officium fit ut supra.



Commune Sanctae Martyris tantum, et nec Virginis nec Martyris

AD VESPERAS

1. Ant. 3. T. Psalmus. 109.

DUM esset Rex in accúbi-tu su-o, nar-dus me-a de-dit odó-rem su-um. E u o u a e.

2. Ant. 1. T. Psalm. 112.

UNGUÉNTUM effú-sum no-men tu-um, íde-o ado-lescéntu-læ di-le-xé-runt te nimis. E u o u a e.

3. Ant. 3. T. Psalm. 121.

VE-NI e-lécta me-a, et ponam in te thronum me-um, qui-a concupívit Rex spé-ci-em tu-am. E u o u a e.

4. Ant. 1. T. Psalm. 126.

Pulchra es, et decóra, fí-li-a Jerú-sa-lem, terríbi-lis ut castrórum áci-es ordi-ná-ta.

E u o u a e.

Pro Martyre tantum. Capitulum. Eccli. 51.

Confitébor tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. ℣ Confitébor nómini tuo: quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditióne.

Pro nec Virgine, nec Martyre. Capitulum. Prov. 31.

Mulíerem fortem quis invéniet? ℣ procul, et de últimis fínibus prétium ejus. * Confídit in ea cor viri sui, ℣ et spóliis non indigébit.

℟. br. Spécie tua. pag. 37*

Hymnus. Fortem virili péctore.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (Allelúia.)

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. (Allelúia.)

Si vero addenda sit alia Commemoratio, dicitur pro ea.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua. ℣ (Allelúia. ℣)

℟. Inténde, próspere procéde, et regna. ℣ (Allelúia. ℣)

Ad Magnificat.

Ant. 3. T.

Símile est re-gnum cœló-rum hómini ne-go-ti-a-tó-ri quærénti bonas marga-rí-tas: invénta una pre-ti-ósa, dedit ómni-a su-a, et compa-rávit e-am. (Alle-lú-ia, alle-lú-ia.) E u o u a e.

PRO UNA MARTYRE TANTUM

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: ˛ concéde propítius; * ut, qui beátæ N. Mártyris tuæ, natalítia cólimus, ˛ per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS TANTUM

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: * ut, quas digna mente non póssumus celebráre, ˛ humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

PRO NEC VIRGINE, NEC MARTYRE

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: * ut, sicut de beátæ N. festivitáte gaudémus: ˛ ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Dum esset Rex. pag. 42*
Capitulum ut in j. Vesperis, pag. 43*
℟. br. Adjuvábit eam. pag. 39*
Hymnus. Fortem viríli péctore.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. (Allelúia.)
Ad Benedictus, Ant. Símile est... sagénæ. pag. 39*
Oratio conveniens.

AD PRIMAM

Ant. Unguéntum. pag. 42*


AD TERTIAM

Ant. Veni elécta. pag. 42*
Capitulum ut in j. Vesperis, pag. 43*
℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua. (Allelúia.)
℟. Inténde, próspere procéde, et regna. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. 3. T.

NIGRA sum, sed formósa, fí-li-æ Je-rúsa-



Pro Martyre tantum. Capitulum. Eccli. 51.

Liberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, ☧ de mánibus quæréntium ánimam meam, * et de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virgine, nec Martyre. Capitulum. Prov. 31.

Manum suam apéruit inopi, ☧ et palmas suas exténdit ad páuperem. * Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. (Allelúia.)

℟. Deus in médio ejus non commovébitur. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. Pulchra es. pag. 43*

Pro Martyre tantum. Capitulum. Eccli. 51.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, ☧ quóniam éruis sustinéntes te, * et líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine, nec Martyre. Capitulum. Prov. 31.

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. * Fallax grátia, et vana est pulchritúdo: ☧ múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

℣. Elégit eam Dóminus. (Allelúia.)

℟. In hæreditátem sibi. (Allelúia.)

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 42*

Si fuerint plures non Virgines, idem fit Officium ut supra.

Commune Parvum Sanctorum

PRO FESTIS III. LECTIONUM

AD VESPERAS. Capitulum, ℟. breve, Hymnus, ℣., Ant. ad Magn., et Oratio dicuntur ut in Proprio de Sanctis, cum propria adsunt, alioquin de Communi Sanctorum.

AD LAUDES, psalmi de Feria. Reliqua, ad LAUDES et HORAS, de Festo, ut in Proprio aut Communi Sanctorum.

Dicta Nona, nihil amplius fit de hujusmodi Festo, nec Commem.

Commune Dedicationis Ecclesiae

Notandum, quod si fuerit infra Tempus Paschale, servanda est Rubrica posita supra, pag. 22*

AD VESPERAS


1. Ant. vij. T. Psalmus. 109.


OMUM tu-am, Dómine, decet sancti-túdo in longi-túdinem di-é-rum. E u o u a e.


2. Ant. j. T. Psalm. 110.



OMUS me-a do-mus o-ra-ti-ó-nis vo-cábi-tur. E u o u a e.

3. Ant. j. T. Psalm. 111.


ÆC est domus Dómini fírmi-ter ædi-fi-cá-ta, bene fundá-ta est supra firmam petram. E u o u a e.

4. Ant. 8. T. Psalm. 147.


ENE fundá-ta est domus Dómini su-




pra firmam petram. E u o u a e.

Capitulum. Apoc. 21.


Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cœlo a Deo, * parátam, sicut sponsam ornátam viro suo.

Responsorium.


j. T.




TERRÍBILIS est locus i - ste:




non est hic á - li - ud, nisi domus




De - i, et porta cœli: * Ve-




re ét-e - nim Dó - minus




est in loco i - sto, et ego




ne - sci - é - bam.



(* Alle - lú - ia, al-le - lú - ia.)




Cumque evi-gi-lás-set Ja - cob a



Hymnus. Urbs Jerúsalem beáta.
℣. Domus mea. (Allelúia.)
℟. Domus oratiónis vocábitur (Allelúia.)

Ad Magnificat.

Ant. j. T.



In ipso die Dedicationis Ecclesiæ, et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesiæ.

Oratio.

Deus, qui invisibiliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibiliter osténdis: ☧ templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde: * ut omnes, qui huc deprecatúri convéniunt, ☧ ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum.

In Anniversario Dedicationis Ecclesiæ, et per Octavam.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: ⁊ exaudi preces pópuli tui, et præsta; * ut, quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, ⁊ cuncta se impetrasse lætétur. Per Dóminum,

AD LAUDES

Ant. Domum tuam. pag. 46* Psalmi de Festis.
Capitulum. Vidi civitátem. pag. 47*

℟. br. Hæc est domus Dómini, * Fírmi-ter ædi - fi- cá-ta. * Hæc. ℣. Bene fundá-ta est supra firmam petram. * Fírmi-ter.

Tempore Paschali.

℟. br. Hæc est domus Dómini, fírmi-ter ædi-fi- cá-ta, * Alle - lú - ia, alle-lú - ia. Hæc. ℣. Bene fundá-ta est supra firmam petram. * Alle-lú - ia.

Hymnus. Anguláris fundaméntum.
℣. Domus mea. (Allelúia.)
℟. Domus oratiónis vocábitur. (Allelúia.)

Ad Benedictus.

Ant. viij. T. Zachæ-e festí - nans descénde, qui - a hó-

di-e in do-mo tu-a opórtet me mané-re: at ille festí-nans descéndit, et suscépit illum gaudens in domum su-am: Hódi-e hu-ic dó-mu-i sa-lus a De-o facta est, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio conveniens.

AD PRIMAM

Ant. Domus mea. pag. 46*

AD TERTIAM

Ant. Hæc est domus. pag. 46*
Capitulum. Vidi civitátem. pag. 47*
℣. Fundáta est domus Dómini. (Allelúia.)
℟. Super vérticem móntium. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. ij. T.

LÁ-PIDES pre-ti-ósi omnes mu-ri tu-i, et turres Je-rú-sa-lem gemmis ædi-fi-ca-búntur. E u o u a e.

Capitulum. Apoc. 21.

Et audívi vocem magnam de throno dicéntem: ⁊ Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. * Et ipsi pópulus ejus erunt, ⁊ et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.
℣. Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo. (Allelúia.)
℟. In longitúdinem diérum. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. Bene fundáta est. pag. 46*

Capitulum. Apoc. 21.

Et abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. ★ Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

℣. Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine. (Allelúia.)
℟. In sæcula sæculórum laudábunt te. (Allelúia.)

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 46* præter sequentia.

℟. br. DOMUM tu-am, Dómine, * Decet sancti-túdo. Domum. ℣. In longi-túdinem di-é-rum. * Decet.

Tempore Paschali.

℟. br. DOMUM tu-am, Dómine, decet sancti-túdo, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Domum. ℣. In longi-túdinem di-é-rum. * Alle-lú-ia.

Hymnus. Urbs Jerúsalem beáta.
℣. Domus mea. (Allelúia.)
℟. Domus oratiónis vocábitur. (Allelúia.)

Ad Magnificat.

Ant. vj. T. O quam me-tu-éndus est locus iste!

iæ

ané-re: at

um gaudens


-i sa-lus

u a e.

tu-i,

-búntur.

Ecce taberná-
★ Et ipsi pó-
us.
a.)



Oratio conveniens.

PRIVATIS DIEBUS INFRA OCTAVAM

AD LAUDES, Psalmi de Feria, reliqua ut in die Festi.
AD HORAS, omnia ut in die Festi.
AD VESPERAS, Psalmi de Feria, reliqua ut in die Festi.

SABBATO ANTE DOMINICAM INFRA OCTAVAM DEDICATIONIS

AD VESPERAS. Psalmi de Sabbato, Ant. ut in die, pag. 46* Capitulum, ℟. breve, Hymnus, ℣. Antiphona et Oratio, quæ competunt Dominicæ occurrenti. Et fit Commemoratio de Octava Dedicationis.

Ant. Pax ætérna. pag. 48*

DOMINICA INFRA OCTAVAM DEDICATIONIS

Totum Officium fit de Dominica occurrente, cum Comm. Dedicationis.

AD LAUDES, Ant. Zachæe. pag. 49*
AD PRIMAM dicitur: Quicúmque.
IN II. VESPERIS, Ant. O quam. pag. 51*

IN OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIÆ

AD VESPERAS. Omnia ut in j. Vesperis Festi, excepto ℟. brevi, quod est sicut in secundis.

AD LAUDES, Horas et Vesperas, omnia ut in die.

In Festis Beatae Mariae Virginis

PER ANNUM


Infra Tempus Paschale, servatur Rubrica posita supra, pag. 22*

AD VESPERAS

1. Ant. 3. T. Psalmus 109.



UM esset Rex in accúbi-tu su-o, nar-




dus me-a de-dit odó-rem su-um. E u o u a e.

2. Ant. 1. T. Psalm. 112.



NGUÉNTUM effú-sum no-men tu-um, íde-o




ado-lescéntu-læ di-le-xé-runt te nimis. E u o u a e.


3. Ant. 3. T. Psalm. 121.



IGRA sum, sed formósa, fí-li-æ Je-rúsa-




lem: íde-o di-léxit me Rex, et introdúxit me in




cubícu-lum su-um. E u o u a e.

4. Ant. 1. T. Psalm. 126.





ULCHRA es, et decóra, fí-li-a Jerú-sa-



Capitulum. Eccli. 24.

Ab inítio, et ante sæcula creáta sum, * et usque ad futúrum sæculum non désinam, ☩ et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. br. Spécie tua. pag. 37*

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. (Allelúia.)

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos. (Allelúia.)

Ad Magnificat.

Ant. iv. T.

Sancta Marí-a, succúr-re mí - se-ris, ju - va pu - sillá - nimes, ré-fo-ve flé - bi-les, o - ra pro pó-pu-lo, intér-ve - ni pro cle - ro, inter-céde pro de - vó-to fœmí - ne - o sexu. (Alle - lú - ia.) E u o u a e.

Oratio. (Si non adsit propria.)

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: * et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, ☩ et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Dum esset Rex. pag. 53* Psalmi de Festis.
Capitulum. Ab inítio. pag. 54*

R. br. A-ve Ma-rí-a, grá-ti-a plena: * Dómi-nus tecum. Ave. V. Benedícta tu in mu-li-é-ribus. * Dómi-nus.

Tempore Paschali.

R. br. A-ve Ma-rí-a, grá-ti-a plena: Dóminus te-cum, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Ave. V. Benedícta tu in mu-li-é-ribus. * Alle-lú-ia.

Hymnus. O gloriósa Dómina.
V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. (Allelúia.)
R. Da mihi virtútem contra hostes tuos. (Allelúia.)

Ad Benedíctus.

Ant. viij. T. B-e-áta es Ma-rí-a, quæ credidísti: perfi-ci-éntur in te, quæ dicta sunt* tibi a Dómino, alle-lú-ia. Post Septuag. tibi a Dómino. E u o u a e.

Oratio conveniens.

AD PRIMAM


Ant. Unguéntum effúsum. pag. 53*

AD TERTIAM

Ant. Nigra sum. pag. 53*
Capitulum. Ab inítio. pag. 54*
℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua. (Allelúia.)
℟. Inténde, próspere procéde, et regna. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. vij. T.



Capitulum. Cant. 6.

Vidérunt eam fíliæ Sion, et beatíssimam prædicavérunt: * et regínæ laudavérunt eam.
℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. (Allelúia.)
℟. Deus in médio ejus non commovébitur. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. Pulchra es. pag. 53*

Capitulum. Cant. 6.


Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, ⁊ pulchra ut luna, elécta ut sol, * terríbilis ut castrórum ácies ordináta?
℣. Elégit eam Dóminus. (Allelúia.)
℟. In hæreditátem sibi. (Allelúia.)

IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis, pag. 53* præter sequentia.

Ad Magnificat.

Ant. viij. T.



Oratio conveniens.

OFFICIA VOTIVA

Officium Beatae Mariae

IN SABBATO

AD VESPERAS

Ant. et Psalmi de Feria vj. (nisi in hac Feria celebretur Festum xij. Lect., quia tunc de Beata fit tantum Commemoratio, quæ etiam omittitur, si Festum fuerit de eadem B. Maria.)

Capitulum. Ab inítio. pag. 54*

In Adventu. ℟. breve.

ANGELUS Dómini * Nunti - ávit Ma-rí-æ. Ange-lus. ℣. Et concépit de Spí-ri-tu sancto. * Nunti - ávit.

Post Epiphaniam.

℟. br. POST partum Virgo, * Invi - o-lá-ta perman-sísti. Post. ℣. De - i Génitrix intercéde pro no-bis. * Invi - o-lá-ta.

Tempore Paschali.

℟. br. Post partum Virgo, invi-o-lá-ta permansísti, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Post. ℣. De-i Génitrix intercéde pro nobis. * Alle-lú-ia.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. (Allelúia.)
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos. (Allelúia.)

Ad Magnificat, Ant. Beátam me dicent. pag. 56*

Tempore Paschali. Ad Magnificat.

Ant. vj. T. Regína cæli lætá - re, al-le-lú-ia, Qui-a quem me-ru-ísti por-tá-re, al-le - lú-ia, Resurré - xit sicut dixit, alle - lú - ia, O-ra pro nobis De-um, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Deus, ... nu... tuis; * ... intercess...

Deus, ... ma... ipsam ... auctóre... tuum. Q...

Concé... men... semper ... ætérna ...

Psalm... præter ... Ad B... Temp... pag. 58*... Ad H... Post ... Infra ...

De S...

Ant. ... xij. Lec...

Fratr... quo... nem, et ... est corp... commen...

In Adventu.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: ☧ præsta supplícibus tuis; * ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ☧ ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Post Nativitatem usque ad Purificationem.

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: ☧ tríbue, quæsumus; * ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, ☧ per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Per Annum.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: * et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, ☧ et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

AD LAUDES

Psalmi de Sabbato, reliqua ut notatur pro Festis B. M. V. pag. 55* præter sequentia.

Ad Benedictus, Ant. Beáta es. sine Allelúia. pag. 55*

Tempore Paschali, Ad Benedictus, Ant. Regína cœli. ut supra, pag. 58*

Ad Horas, omnia ut notatur pro Festis B. M. V. pag. 56*

Post Nonam nihil fit de sancta María.

Infra Tempus Paschale, servatur Rubrica posita pag. 22*

OFFICIUM

de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento

AD VESPERAS

Ant. et Psalmi de Feria iv. (nisi in hac Feria celebretur Festum xij. Lect., quia tunc de SS. Sacramento fit tantum Commemoratio.)

Capitulum. 1. Cor 11.

Fratres: ☧ Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, * quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: ☧ Accípite, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: * hoc fácite in meam commemoratiónem.

R). breve.

CIBÁVIT e - os Dóminus * Ex á-dipe fru-ménti. Cibávit. V). Et de petra, melle sa-tu-rá-vit e-os. * Ex.


Tempore Paschali.

R). br. CIBÁVIT e - os Dóminus ex ádipe fruménti, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Cibávit. V). Et de petra, melle sa-turávit e - os. * Alle-lú - ia.

Hymnus. Christus lux indeficiens.
V). Homo quidam fecit cœnam magnam. (Allelúia.)
R). Et vocávit multos. (Allelúia.)

Ad Magnificat.

Ant. 7. T. O Panis vi-tæ, na - tus de Vír-gi-ne, qui te pu - ra men - te su - méntibus vi - tam grá-ti - æ do - nas in vi - a, da no-bis in pá-



tri-a vi - tam gló - ri-æ sem - pi-tér-næ.

(Alle-lú-ia.) E u o u a e.

Oratio.


Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: ☩ tribue, quæsumus; * ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ☩ ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas.

Ad Completorium et per Horas in die, in fine Hymni dicitur: Glória tibi... Qui natus es.

AD LAUDES

Psalmi de Feria.


Ant. ij. T.




LAUDET de-vó-te Dóminum præsens cho-



rus, qui in su-æ passi-ónis pe-rénnem memó-




ri - am, se-ípsum præbet in ci-bum pó-




pu-lo appro-pinquánti sibi. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: ☩ Ego. pag. 59*


℟. br.



MEMÓRI-AM fecit mi-rabí-li-um su-ó-rum,




* Mise-rá-tor Dóminus. Memó-ri-am. ℣. Escam de-



Tempore Paschali.



R. br. MEMÓRI-AM fecit mi-rabí-li-um su-ó-rum, mise-rá-tor Dóminus, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Me-mó-ri-am. V. Escam dedit timéntibus se. * All.




Hymnus. Panis iste dulcédinis.

V. Cibávit illos Dóminus ex ádipe fruménti. (Allelúia.)

R. Et de petra, melle saturávit eos. (Allelúia.)

Ad Benedictus.

Ant. 8. T.



EGO sum pa-nis vi - tæ, qui de cœ-lo de - scéndi, si quis manducá-ve-rit ex hoc pa-ne, vi - vet in æ - tér-num. (Alle-lú-ia.) E u o u a e.


Oratio. Deus, qui nobis. pag. 61*

AD PRIMAM

Ant. j. T.




IN mundi primórdi-is homo pri-mus mor-



AD TERTIAM

Ant. vj. T.





Capitulum. Fratres: ℭ Ego. pag. 59*

℣. Misericors et miserátor Dóminus. (Allelúia.)

℟. Escam dedit timéntibus se. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. iij. T.

O lux me-ridi-á-na, illúminans ómni-a, irrádi-a cor-da nostra ad tanti Sacra-mén-ti mysté-ri-a cogno-scénda. E u o u a e.

Capitulum. 1. Cor. 11.

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis: * mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℣. Omnia a te expéctant, Dómine. (Allelúia.)

℟. Ut des illis escam in témpore. (Allelúia.)

AD NONAM

Ant. iv. T.

O pa-stor bo-ne, qui re-lí-ctis nonagínta novem óvibus in desér-to, ad gregem ovem pérdi-tam re-portá-sti, pa-sce nos tu-i sacri Córpo-ris a-li-ménto. E u o u a e.

Capitulum. 1. Cor. 11.

Quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne: * reus erit córporis et sánguinis Dómini.

℣. Edúcas panem de terra. (Allelúia.)

℟. Et vinum lætíficet cor hóminis. (Allelúia.)

Post Nonam, nihil fit de SS. Eucharistiæ Sacramento.

Infra Tempus Paschale, servatur Rubrica posita supra, pag. 22.

OFFICIUM

Sancti Patris nostri Bernardi

Abbatis et Ecclesiæ Doctoris

AD VESPERAS

Ant. et Psalmi de Feria ij. (nisi in hac Feria celebretur Festum xij. Lect., quia tunc de S. Bernardo, fit tantum Commemoratio.) Et tacetur nomen Bernardi in sufffragiis Commun. ad Vesperas et Laudes.

Capitulum. Eccli. 45.

Diléctus Deo, et homínibus: ҁ cujus memória in benedictióne est. * Símilem illum fecit in in glória Sanctórum.

℟. breve. Amávit eum. pag. 25* Hymnus. Iste Conféssor.

℟. Ora pro nobis, beáte Bernárde. (Allelúia.)

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. (Allelúia.)

Ad Magnificat. Ant. vij. T.

Replé-vit Sanctum su-um Dó-minus spí-ri-tu intelligénti-æ, et ipse flu-énta do-ctrí-næ ministrá-vit pópu-lo De-i. (Alle-lú-ia.)

E u o u a e.

Oratio.


Pérfice, quæsumus, Dómine, pium in nobis sanctæ religiónis affectum: * et ad obtinéndam tuæ grátiæ largitátem, ҁ beátus Bernárdus, Abbas et Doctor egrégius, suis apud te semper pro nobis méritis et précibus intercédat. Per Dóminum.

AD LAUDES

Psalmi de Feria.

Ant. 7. T.


Domum tu-am, Dó-mine, decet sancti-túdo,



Capitulum. Diléctus Deo. pag. 65*
℟. br. Justum dedúxit. pag. 32*
Hymnus. Te, Christe Rex piíssime.
℣. Ora pro nobis, beáte Bernárde. (Allelúia.)
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. (Allelúia.)

Ad Benedictus.


Ant. vij. T.




Oratio. Pérfice, quæsumus. pag. 65*

AD PRIMAM


Ant. j. T.







AD TERTIAM

Ant. ij. T.








Capitulum. Diléctus Deo. pag. 65*


℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. (Allelúia.)


℟. Et lingua ejus loquétur judícium. (Allelúia.)

AD SEXTAM

Ant. iij. T.








Capitulum. Eccli. 47.

Dedit confessiónem Sancto, et Excélso in verbo glóriæ, ℣ De omni corde suo laudávit Dóminum, * et diléxit Deum, qui fecit illum.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. (Allelúia.)

℟. Et non supplantabúntur gressus ejus. (Allelúia.)

AD NONAM



Capitulum. Sap. 10.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, ☧ et dedit illi sciéntiam Sanctórum: * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℣. Justus ut palma florébit. (Allelúia.)

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. (Allelúia.)

Post Nonam, nihil fit de S. Bernardo, nisi consueta ejus Commemoratio cum aliis sanctis Abbatibus.

Infra Tempus Paschale, servatur Rubrica posita supra, pag. 22*

Index

Mandatum Reverendissimi Domini Abbatis Generalis
Proprium de Tempore . . . 1
Proprium Sanctorum . . . 285
Commune Sanctorum . . . 1*
Commune Apostolorum et Evangelistarum . . . 1*
Commune Apostolorum et Evangelistarum. T. P. . . . 7*
Commune Unius Martyris . . . 10*
Commune Unius Martyris et Plurimorum Martyrum. T. P. . . . 15*
Commune Plurimorum Martyrum . . . 17*
Commune Confessoris Pontificis . . . 23*
Commune Confessoris non Pontificis . . . 29*
Commune Virginum . . . 36*
Commune non Virginum . . . 42*
Commune Parvum Sanctorum . . . 45*
In Dedicatione Ecclesiæ . . . 46*
In Festis B. M. Virginis . . . 53*
Officia Votiva . . . 57*



FERIA IV. INFRA HEBD. II. POST OCTAVAM PASCHÆ

Solemnitas S. Joseph

Sponsi B. M. V., Eccl. Univ. Patroni

Confessoris

Serm. maj. cum Octava.

AD VESPERAS

Ant. 10. Allelúia. viij. T. ut in die Sancto Paschæ, pag. 179.
Psalmi de Dominica.

Capitulum. Gen. 49.

Benedictiones patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus, * donec veníret desidérium cóllium æternórum: ꝶ fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaræi inter fratres suos.

Responsorium. Fecit me Dóminus. pag. 336.
Hymnus. Hunc diem totum.
℣. Constítuit eum dóminum domus suæ, allelúia.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ, allelúia.

Ad Magnificat. Ant iij. T.



UM esset desponsá-ta Ma-ter Je-su Ma-rí - a Joseph, ántequam convení-rent, invénta est in ú-te-ro ha - bens de Spí - ri-tu Sancto, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es, * præsta quæsumus: ut, quem protectórem venerámur in terris, † intercessórem habére mereámur in cœlis. Qui vivis et regnas.

AD LAUDES

Ant. 8. Allelúia. 3. T. pag. 177.

Psalmi de Festis.

Capitulum. Benedictiónes. ut supra, pag. [1]

℟. br. CONSTÍTU - IT e-um dóminum domus su-æ, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Constí-tu - it. ℣. Et prínci-pem omnis possessi - ónis su-æ. * Alle-lú-ia.

Hymnus. Noctis e cœlo.

℣. Dedísti mihi protectiónem salútis tuæ, allelúia.

℟. Et déxtera tua suscépit me, allelúia.

Ad Benedictus.

Ant. vij. T. JOSEPH, fi-li David, no-li timére accípere Ma-rí - am cónju-gem tu - am : quod enim in e-a na-tum est, de Spí-rí-tu sancto est, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus qui ineffábili. ut supra.

AD PRIMAM,

et alias Horas, Ant super Psalmos, ut in die Sancto Paschæ pag. 178.

AD TERTIAM

Capitulum. Benedictiónes pag. [1].

℣. Confitébor nómini tuo, allelúia.

℟. Quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, allelúia.

AD SEXTAM

Capitulum. Gen. 49

Deus patris tui erit adjútor tuus, * et Omnipotens benedícet tibi benedictiónibus cœli désuper.

℣. Réspice de cœlo, et vide, et vísita víneam istam, allelúia.

℟. Et pérfice eam, allelúia.

AD NONAM

Capitulum. Gen. 49

Fílius accréscens Joseph, fílius accréscens, ‡ et decórus aspéctu: * fíliæ discurrérunt super murum.

℣. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, allelúia.

℟. Ut non derelínquat me in die tribulatiónis, allelúia.

IN II. VESPERIS

Psalmi, Ant. et Capit. ut in primis Vesperis præter sequentia.


℟. br. CONFITÉBOR nómini tu-o, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Confi-tébor ℣. Quóni-am adjú-tor et pro-téctor factus es mihi. * Alle-lú-ia.


℣. Constítuit eum dóminum domus suæ, allelúia.

℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ, allelúia.

Ad Magnificat.

Ant. 3. T. FI-LI, quid fecísti nobis sic? Ecce pa-ter





D. N






e-rit firm


2. Ant.
8. T.



et omn



E u o u



3. Ant.
vij. T.



et dom





E u o u

DOMINICA ULTIMA OCTOBRIS

IN FESTO

D. N. Jesu Christi Regis

Serm. maj.

AD VESPERAS

1. Ant. viij. T. Psalmi de Dominica.



A - CÍFICUS vocábi-tur, et thronus e-jus e-rit firmíssimus in perpé-tu-um. E u o u a e.

2. Ant. 8. T.



EGNUM e - jus regnum sempi-térnum est, et omnes re-ges sérvi - ent e - i et obédi - ent.

E u o u a e.


3. Ant. vij. T.



CCE Vir Ori - ens nomen e - jus : sedébit et dominábi-tur, et loqué-tur pacem Géntibus.

E u o u a e.

4. Ant. viij. T.




Capitulum. Coloss. 1. 12, 13.

Fratres: ☧ Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctórum in lúmine, * qui éripuit nos de potestáte tenebrárum, ☧ et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ.

Responsorium.

v. T.



Hymnus. Te sæculórum Príncipem.

℣. Data est mihi omnis potéstas.

℟. In cœlo et in terra.

Ad Magnificat.

Ant. j. T.

DABIT illi Dó-minus De-us se-dem Da-vid, patris e-jus: et regná-bit in Do-mo Jacob in æ-tér-num, et regni e-jus non e-rit fi-nis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilecto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti: ¶ concéde propítius; * ut cunctæ famíliæ Géntium, peccáti vúlnere disgregátæ, ¶ ejus suavíssimo subdántur império: * Qui tecum vivit.

Et fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.


AD LAUDES

Psalmi de Festis.

Ant. ij. T.


SUSCITÁ-BIT De-us cœ-li regnum quod com-mínu-et et consú-met univérsa regna, et ipsum stabit in ætérnum. E u o u a e.

Capitulum. Fratres: Grátias ágimus. pag. [2].



Hymnus. Vexílla Christus ínclyta.
℣. Multiplicábitur ejus impérium.
℟. Et pacis non erit finis.


Ad Benedictus.



Oratio. Omnípotens, pag. [3]
Fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

AD PRIMAM

Non dicitur: Quicúmque.



AD TERTIAM

Ant. v. T.

Exíbunt aquæ vivæ de Jerúsalem; et erit Dóminus Rex super omnem terram.

E u o u a e.

Capitulum. Fratres: Grátias ágimus. pag. [2].

℣. Afférte Dómino, famíliæ populórum.

℟. Afférte Dómino glóriam et impérium.

AD SEXTAM

Ant. vij. T.

Magnificábitur usque ad términos terræ, et erit iste pax. E u o u a e.

Capitulum. Coloss. I. 16.

Omnia per ipsum et in ipso creáta sunt, * et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. ℣ Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, * ut sit in ómnibus ipse primátum tenens.


℣. Adorábunt eum omnes reges terræ.

℟. Omnes gentes sérvient ei.

AD NONAM

Ant. vj. T.

Gens et regnum quod non serví-e-rit tibi, per-í - bit: et Gen - tes so-li-túdine vasta-



Capitulum. Coloss. 1. 19.


In ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, ☩ pacíficans per sánguinem crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt, * in Christo Jesu Dómino nostro.


℣. Multiplicábitur ejus impérium. ℟. Et pacis non erit finis.


IN II. VESPERIS

Omnia ut in j. Vesperis præter sequentia.

℟. br.









℣. Multiplicábitur ejus impérium. ℟. Et pacis non erit finis.

Ad Magnificat.

Ant. vij. T.







Fit Commemoratio Dominicæ.

gis

re, et per eum
nguinem crucis
in Christo Jesu

erit finis.

pu-ló-rum.

n et impé-

erit finis.

o-re su-o

domi-nán-

n, in sæ-

Commemorationes de Sancta Maria

A Vesperis Sabbati ante Dominicam primam Adventus usque ad Natale Domini

AD VESPERAS

Ant. v. T.



L - MA Redemptó-ris Ma - ter,

quæ pér-vi - a cœ-li Por-ta ma-nes, et stel - la

ma - ris succúrre cadén - ti Súrge-re qui cu - rat

pópu-lo : tu quæ genu - í-sti, Na-tú - ra mi-

rán - te, tu - um sanctum Ge-ni - tó-rem, Vir - go

pri - us ac posté - ri - us, Gabri - é - lis ab o-

re Sumens il-lud A-ve, pecca-tórum mi-se-ré-re.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ. ☧
℟. Et concépit de Spíritu sancto. ☧

Orémus.

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: * ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus, ☧ per passiónem ejus et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. * Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes *dicitur Ant.* Sancta Dei Génitrix. *ut infra cum* ℣. Angelus. *et Oratione* Grátiam.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem

Ad Vesperas, *Antiphona.* Alma Redemptóris Mater. *ut supra.*
Ad Laudes, *Antiphona.* Sancta Dei Génitrix. *ut infra.*
℣. Post partum, Virgo, inviolata permansísti. ☧
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis. ☧

Orémus.


Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: ☧ tríbue, quæsumus, * ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, ☧ per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. * Qui tecum.

A Purificatione usque ad Dominicam Palmarum exclusive

AD VESPERAS

Ant. vj. T.

A - ve Regína cœ-ló - rum, A - ve
Dómina Ange-ló - rum: Sal - ve ra-dix, salve
porta, Ex qua mundo lux est or - ta:
Gau-de Virgo glo-ri - ó-sa, Super omnes spé-



℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ῀
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos. ῀


Orémus.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsidium: * ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, ῀ intercessiónis ejus auxilio a nostris iniquitátibus resurgámus. * Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes, *Antiphona.* Sancta Dei Génitrix. *cum* ℣. Dignáre me. *et Oratione* Concéde, miséricors.

Tempore Paschali

AD VESPERAS



℣. Gaude et lætáre Virgo María, allelúia. ℣
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia. ℣

Orémus.

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : * præsta, quæsumus ; ℣ ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. * Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes, *Antiphona.* Sancta Dei Génitrix, *cum* ℣. Gaude et lætáre, *ac Oratione* Deus, qui per resurrectiónem.

A prima die post SS. Trinitatem usque ad Adventum

AD VESPERAS

Ant. iv. T.

Sancta Ma-rí-a, succúrre mí - se-ris,
ju - va pu - sillá - nimes, ré - fo-ve flé - bi-les,
o - ra pro pó-pu-lo, intérve - ni pro cle-ro,
inter-céde pro de-vó-to fœmí - ne-o sexu.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix. ℣
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi ℣

Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : * et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, ℣ et ætérna pérfrui lætítia. * Per Dóminum.

IN LAUDIBUS

per totum Annum.

Ant. i. T.

Sancta De - i Génitrix, Virgo semper Ma-

rí-a, intercéde pro no-bis ad Dóminum De-um

nostrum. (T. P. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.)

℣. et Oratio, quæ Tempori conveniunt, ut supra notatur.

Salve Regina

Antiphona B. M. Virginis solemniter cantanda post Completorium.

1. T.



ALVE Re-gí - na, Ma-ter mi-se-ri-

córdi - æ, vi - ta, dul-cé - do, et spes no-

stra sal - ve. Ad te clamá - mus éxu les, fí-li-i

Evæ. Ad te suspi-rá - mus geméntes et flen-tes

in hac lacrymá-rum valle. E-ia ergo ad-

vo-cá - ta nostra, illos tu - os mi-se-ri-cór-

des óculos ad nos convér - te. Et Je - sum

benedí - ctum fructum ventris tu - i, no-bis

post hoc exí-li - um o-sténde. O cle - mens,

o pi - a, o dulcis Virgo Ma-rí - a.

(T. P. Alle - lú-ia.)

℣. Ave María, grátia plena. ☡ (Allelúia. ☡)
℟. Dóminus tecum. ☡ (Allelúia. ☡)

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici merétur, ☡ Spíritu sancto cooperánte præparásti: * da, ut cujus commemoratióne lætámur, ☡ ejus pia intercessióne ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum ℟. Amen.

Toni canendi Benedicámus Dómino. *ad Laudes et Vesperas.*

In Festis Sermonis.

vj. T.

℣. Benedi-cá - mus Dó - mino

℟. De - o grá - ti-as.

℣. Be-ne

℟. De

℣. Bene

℟. De -

℣. Bene

℟. De-o


Sabbato ant

℣. Bened

℟. De-o

In Festis MM., diebus Octavis et Dominicis.

ij. T.




℣. Be-nedi-cá - mus Dó - mino.




℟. De - o grá - ti-as.

In Festis xij. Lect., et diebus infra Octavas solemnes.

viij. T.




℣. Benedicámus Dó-mino.




℟. De - o grá - ti - as.

In Festis iij. Lect., et Feriis.

iv. T.




℣. Benedicámus Dómino.




℟. De-o grá-ti - as.

Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ, Sabbato sancto et per Octavam Paschæ, usque ad Sabbatum in Albis ad Laudes inclusive.

viij. T.



℣. Benedicámus Dómino, alle-lú-ia, alle - lú-ia.



℟. De-o grá-ti - as, alle-lú-ia, alle - lú-ia.

Ad Matutinum, post Evangelium canitur Hymnus j. T. *a superiore incipiendus.*

j. T.

TE decet laus, *Cantor.* te decet hymnus,

Chorus. ti-bi gló-ri-a De-o Patri, et Fí-li-o, cum

sancto Spí-ri-tu, in sæ-cu-la sæcu-ló - rum.

A - men.

AN

Psalmi 6
cum duobus

Per Annu




lú-ia, a

Tempore
Paschæ. pa
Sequens
niam usque
costen usqu

Benedicti
et virtu

℟. br.



ÆC

℣. Exulté

ANTIPHONÆ AD HORAS DIURNAS


Officii Ferialis


Ad Laudes

DOMINICA AD LAUDES

Psalmi 66. 50. 117. 62. Canticum Benedícite. Dein Psalmi 148. cum duobus sequentibus 149. et 150. sub una Glória.

Per Annum, ubi non habetur propria, Ant. 1. T.







Tempore Paschali dicuntur 8. Allelúia. 3. T. ut in Die Sancto Paschæ, pag. 177.

Sequens Capitulum dicitur in Dominicis, a secunda post Epiphaniam usque ad Septuagesimam, et a Dominica tertia post Pentecosten usque ad Adventum.

Capitulum. Apoc. 7.

Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, ⁊ honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro * in sæcula sæculórum. Amen.





℣. Exultémus et lætémur in e-a. * Quam.

Hymnus. Splendor. vel Ecce jam noctis. secundum Tempus Anni.
Per Annum. ℣. Dóminus regnávit, decórem índuit
℟. Induit Dominus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.
Canticum. Benedíctus. Post Canticum dicitur Antiphona propria Dominicæ.
Oratio convenicns.

FERIA SECUNDA

Psalmi 66. 50. 5. 35. Canticum. Confitébor. Dein psalmi 148. 149. 150.

Per Annum.

Ant. vj. T. MI-SERÉRE me-i De-us. E u o u a e.

Capitulum sequens cum ℟. brevi dicitur in Feriali Officio ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam j. Quadragesimæ, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum: aliis temporibus habentur propria.

Capitulum. Rom. 13.


Nox præcéssit, ⁊ dies autem appropinquávit. * Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, ⁊ et induámur arma lucis * Sicut in die honéste ambulémus ℟. Deo grátias

℟. br. SANA áni-mam me-am, * Qui-a peccá - vi ti-bi. Sana. ℣. Ego di-xi: Dómine, mi-se-ré-re me-i. * Qui - a.

Hymnus ut in Dominica.
℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Ant. vij. T. E-RÉXIT Dóminus nobis cornu sa-lú-tis in




do - mo David pú - e-ri su - i. E u o u a e.

Oratio conveniens.


FERIA TERTIA

Psalmi 66. 50. 42. 56. Canticum. Ego dixi. Psalmi 148. 149. 150.

Ant. iv. T.



DELE, Dómine, i-ni-qui - tá-tem me - am.



E u o u a e.

Capitulum. Nox præcéssit ut supra, pag. 2

℟. breve. Sana ánimam. pag. 2.


Hymnus ut in Dominica.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.


℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus.


Ant. vij. T.



SALÚ-TEM ex i-nimí-cis nostris, et de manu



ómni - um, qui nos odé - runt, líbe - ra nos, Dó-




mine. E u o u a e.

Oratio diei,


FERIA QUARTA

Psalmi 66 50. 63 64. Canticum. Exultávit. Psalmi 148. 149. 150.

Ant. vij. T.



A MPLI-US lava me Dómine, ab inju-stí-ti-a




me-a. E u o u a e.

Capitulum. Nox præcéssit. ut supra Feria secunda. pag. 2.
℟. breve. Sana ánimam meam. ibidem.
Hymnus ut in Dominica.
℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Ant. vij. T.



I N sancti-tá-te servi-ámus Dómino, et li-




berábit nos ab ini-mí-cis nostris. E u o u a e.

Oratio conveniens


FERIA QUINTA

Psalmi 66. 50. 87. 89. Canticum. Cantémus. Psalmi 148. 149. 150.

Ant. viij. T.




T I-BI SO-li peccávi, Dó-mine, mi-se-ré-re




me-i. E u o u a e.

Capitulum. Nox
℟. breve. Sana
Hymnus ut in
℣. Repléti sum
℟. Exultávimus

Ant. viij. T.



A D da



mine, in



E u o u a

Oratio diei.

Psalmi 66.

Ant. j. T.



S PÍ-RI

De-us.

Capitulum
℟. breve.
Hymnus u
℣. Repléti
℟. Exultá

Ant. viij. T.



P

E

Capitulum. **Nox præcéssit.** ut supra Feria secunda, pag. 2.
℟. breve. **Sana ánimam meam.** ibidem.
Hymnus ut in Dominica.
℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

AD dandam sci - én-ti - am plebi tu-æ Dó-mine, in remissi - ó-nem pecca-tórum e-ó-rum.

E u o u a e.

Oratio diei.

FERIA SEXTA

Psalmi 66. 50. 75. 91. Canticum. Dómine. Psalmi 148. 149. 150.

Ant. j. T.


SPÍ-RI-TU principá - li confírma cor me - um De - us. E u o u a e.

Capitulum. **Nox præcéssit.** ut supra Feria secunda. pag. 2.
℟. breve. **Sana ánimam meam.** ibidem.
Hymnus ut in Dominica.
℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Ant. viij. T.

PER vísce-ra mi - se-ri-córdi - æ De - i no-



stri vi-si-távit nos, ó-ri-ens ex alto. E u o u a e.


Oratio conveniens.

SABBATO

